B. N. C
FIRENZE
1079
13

1079. 13

CITROLOGIA,

SEV'

Curioſa CITRI Deſcriptio, iuxtà
Methodum, & Leges

ILLVSTRIS

ACADEMIÆ

Naturæ Curioſorum Germaniæ facta, ſelectiſq; Eruditionibus, Remedijs, & proprijs Obſeruationibus breuiter conſperſa

A'

IOSEPHO LANZONO

Philoſophiæ, ac Medicinæ Doct.
Ferrarienſi, nec non eiuſdem
Academiæ Curioſorum
Collega dicto
EPICHARMO.

M 1079 13

BIBLIOTECA ... FIRENZE 1872

FERRARIÆ, M. DC. XC.

Ex Typographia Bernardini Pomatelli.
Superiorum Permiſſu.

Inſigni

Naturæ Curioſorum Accademiæ Cæſareæ

Eiuſdemq; Auctoribus, & Conſeruatoribus

Inuictiſſimo

LEOPOLDO MAXIMO IMPERATORI

Illuſtriſſimo

IO: GEORGIO VVOLkAMERO Præſidi,

Adiunctis Præſtantiſſimis,

Socijs Celeberrimis, atq; Colleg. Doctiſſimis,

Fauctoribus Vniuerſis, & ſingulis

Citrologiam hanc ſuam;

Exiguum quidèm opus, ſed Fidiſſimum

Suæ gratitudinis, obſeruantiæ, cultuſque

teſtimonium, ſeque præterea totum

Ea, quà par eſt, Animi Submiſſione

Dicat, & Conſecrat

Semper humilis

IOSEPH LANZONVS.

LECT.RI BENEVOLO SALVTEM.

MEdicinam, Diuinã eſſe ſcientiam, monuit ſummus Medicorum Anteſignanus *Hippocrates* ; dum ſcripſit : *Medicus Philoſophus Dijs æquiparandus* ; hanc enim Teſte *Diodoro* volunt multi Mercurium primum inueniſſe apud Ægyptios. Alijque Apollinem dicunt eiuſdem primũ inuentorem fuiſſe ; vnde ad Daphnem Virginem apud *Ouidium libri* 1. *Metamorphoſ*. dicit ipſe Apollo

Inuentum medicina meum eſt, opifexque per orbem.
Dicor &c.

Et *Macrobius in primo Saturnal.* huius rei reddens rationem, ſic de Apolline ait. *hinc eſt, quòd eidem tribuitur medendi poteſtas, quia temperatus Solis calor morborum omnium fuga eſt*; Ad hanc autem Diuinam,

atque

atque apud Magnates æſtimatiſſimam, nec non à Prudentibus dilectam ſciẽtiam exornandam, atque colendam plurimę olim ſurexerunt Accademię, multæ apertæ fuerunt Paleſtræ, plurima fuere inſtituta Colleggia honoribus, à ſummis Pontificibus, ac Imperatoribus inſignita, innumerique ſemper vbique locorum inuenti ſunt eruditi Medicorum cœtus; Sed præceteris nunc eminet ad medicum exornãdum ſtudium Colleggium Leopoldinum nouum; hoc eſt S.R.I. Accademia naturæ Curioſa, quę multis, abhinc Annis incipiens, adhùc paruula in Cunabulis ipſis ſapientiores Seculi Medicos recepit in ſinù, quales fuere *Clariſſ. Io. Laurentius Bauſchius* Inuentor Colleggij iſtius ſemper laudandus, & primus Præſes digniſſimus, *Chriſtofor. Keiling. Gregor. Horſtius, Andreas Volfius, Leonardus Vrſinus*, alijque plurimi nunc quidèm corpore extinti, ſed memoria glorioſa viui; Et modò creſcens inſignes medi-

cinæ viuentes Magiſtros habet, ità vt neſciàm, an plus decoris afferat ipſa Accademia eiſdem ? an verò plus honoris ab ijſdem ipſa recipiat; Huius inſigniſſimi corporis Caput eſt *Illuſtriſ. D. Ioh. Georg. Volkamerus Præſes digniſſimus*; *Corpus poſtea conſtituunt* Celeberrimi *Scroochius*, *Harder. Merklinus*, *Volkamerus iunior*, *Paulinus*, *Peierus*, *Francus*, *Patinus*, *Schæferus*, alijque multi fulgidi medicinę ſplendores, quos futura nominabit Ætas, quibus ſed immeritò, elapſis menſibus ego additus fui; Quià verò celeberimę huius Accademiæ finis eſt nunquam otiari, ideò eius Filij, ad medicam exornandam facultatem continuò inſudant, noua cogitata meditantur, noua nouis addunt, ac proprias obſeruationes ad publicã vtilitatem eruditè communicant; Hinc Tomum Effemeridum Germanarum Accademię Curioſæ tenet quouis Anno Medicus Orbis, in quò ſingulorum Accademicorum Obſeruationes leguntur; Hinc nun-

nunquam otioſi ſecundum Accademiæ methodum, ac leges nonullarum Plantarum, Animalium, ac Mineralium conſiderationes concinnarunt multi ; *Hertodtus* enim Crocologiam, eruditè depinxit; *VVurffbainus* Salamandrologiam, conſtruxit, *Paulinus* Cinografiam, Buffonem, ac Saluiam delineauit, Alijque de Caſtore, Abſintio, Carduó benedicto, Coclearia, Vite &c curioſè ſimul, ac eruditè confecere tractatus, quorum numero nunc mihi liceat addere Citrologiam, idèſt Mali medici deſcriptionem, puſillum quidèm opus, nec dignũ occulo tuo, *Lector Amice*, ad diſcendum tantummodò, non ad docendum confectum.

Ad Inuidum verò quòd attinet ſi fortè in his pagellis aliquid inuidia dignum reperiat, vt in propria viſcera ſæuire deſinat; amicè moneo ; Momo autem meliorem mẽtem ex corde præcor, ſimulque rogo, vt is in hoc ſcribendi genere meliora ſubſtituat ; Nil quicquam

enim me mouebunt acerba, & ignominioſa Cauillatorum quorundam Scripta, dum ſcio me in hoc opuſculo conficiendo Auctoritatibus ſummorum Medicinæ Præceptorum munitum fuiſſe, ſicque pariter, nec me tangent cauillationes indignantium nunnullorum medicorum, qui alienos ſemper labores vituperant, vt fortaſsè ità ſuprà Vulgares ſapere videantur; Obſtrepent ergo, & multa à me ficta, ac minimè vera in medium muſſitent allata; quòd mihi non deerunt veritatis Vates, ac Proceres, quos in hac mea Citrologia propriæ opinionis teſtes excito; Tu interim *Lector beneuole*, amica manu hoc opuſculum accipe, eòque in tui commodum, Proximique, ſalutem fœliciter fruere; atque rogatum te magnoperè velim, vt crebris illis, qui hìc occurunt, erroribus typographicis, nè offendaris; tibique promitto, (Deo tamen lubente) alia opera; Accademicum quippè Curioſum opportet *nunquā*

otio-

otioſum mori ; hinc Vale , & me ama ; Faxit tandem Diuina Clementia , vt omnia Cedant in Nominis ſui gloriam , Proximi Salutem, & Noſtri emolumentum.

Nunquam melius torquebis inuidos, quàm Virtuti, & Gloriæ Inſeruiendo, &c Seneca in Epiſtol.

INDEX OPVSCVLI

PARS PRIMA,

EAQVE THEORETICA.

CAP. I. De Nomine, deſcriptione, loco, natali &c. Citri.
Cap. II. De Viribus, ac qualitatibus Citri.
Cap. III. De Preparat. ex Citro
APPENDIX.

PARS SECVNDA,

EAQVE PRACTICA.

CAP. I. De Vsù Citri in affectibus capitis.
Cap. II. De Vsù Citri in affectibus Thoracis.
Cap. III. De Vsù Citri in affectibus Abdominis.
Cap. IV. De Vsù Citri in Morbis Mulierum.
Cap. V. De Vsù Citri in Morbis Puerorum.
Cap. VI. De Vsù Citri in Feb.
Cap. VII. De Vsù Citri in affectibus externis.
Cap. VIII. De Vsù Citri Æcon.

PARS PRIMA
CAPVT PRIMVM.

De Nomine, ac Deſcriptione Citri &c.

VArijs fuit olim nominibus citrus apellatus; Malum nõnulli dixere Perſicum, alij Medicum, alij Aſſyrium, alij heſpericũ Autore *Iuba*, vt ait *Hermol. Barbar. coroll. in Dioſcor.* qui ab Hercule translatum in Græiam, & aureum malum vocatum fuiſſe ſcribit; ità vt *Virgilius* dè his intelligerè videatur dũ canit:

Aurea mala decem . . . .

Nec defuere, qui nuptiale Pomum inteligi citrum voluerunt,

æditum à Terra nuntiato Iouis, ac Iunonis conubio; Malus autem Citra Medica vocatur, Perſica, & Aſſyria, quià apud Medos, & Aſſyrios, & imprimis apùd Perſas frequens eſt: Hinc in Italiam tranſlata fuit hæc Arbor, poſtea in Hiſpaniam, vbi nunc tantus eſt Citri vſus, vt nemora, campoſque occupet hæc planta. Ebrei Citrum *Hadar* dicunt cuius fructus *Etrogim*; Hadar autem propriè pulchrum, formoſum, & decorum ſignificat, idèſt Fructum Arboris pulchrum, quia autem Citrus ſpecioſiſſimus fructus eſt, ideò prò Citro Arbore *Hadar* interpretantur: Hinc celebratur à Iudeis octaua Septembris dies cum magnis ſolemnijs, vocaturque *Chag Arafà* idèſt fæſtum Palmarum, vt ait *Hyeron. Tragus in ſtirp. Hiſtor.* quò die ſumuntur fructus, quos *Etrogim* idèſt Citra vocant, & ſpatulæ Palmarum ad innuendum, quòd Deus deduxerat eos per deſertum ad Delitioſam Terram; circumeunt quòque ſepti-

ſeptimo die ſepties Altare portantes palmas in memoriam depopulatæ *Hiericho* Ex iſtis ergo facilè liquet Ebreis *Etz Adar* Citream Arborem, fructum verò eius Chaldeis *Eſrog.*, ſeu *Etrogh.* ſignificare; Hinc *Serapio* Citrum *Atrog.* vocat lingua arabica; voce nimirum nihil quòd ad ſubſtantiales litteras attinet (nam in punctis tantum, quæ *Hebreis*, *Caldeis*, & *Arabibus* vice vocalium inſeruiunt, aliqua apparet, ſed læuis mutatio) ab Ebreorum, ſeu Caldeorum *Ethrog.* differente; vnde cum arabica, & caldaica lingua (quæ Iudeorum à redditù ex Babilone vernacula fuit, vt multis noui Teſtamenti Vocibus, vt ſunt *Tabitha kumi*, *Bethabbera*, *Maranata &c.* patet) in hac voce conſentiant, nemo impoſterùm dubitare debet, quin *Etrogh.* Caldeorum Citrum ſit, maximè cum *Serapio* ſub voce *Atrhog.* ea dicat, quæ *Dioſcorides*, & *Galen.* de Citro iam ante præſcripſerant.

Arbo-

Arborem hanc optimè deſcripſit *Teophraſtus lib. 4. de hiſt. plant.* ſub nomine Mali medicæ, eiuſque figuram eleganter depinxit; Attamèn etiam de hoc aliquid in præſenti capite addamus; Eſt ergo Malus Citrea Arbor exotica, per totum Annum virens, fructum tenellum, cum matureſcente ſimùl ferens; habet hęc Arbor caudicem Pomorum neranziorum penè conſimilem, folia lauri perpetuò virentia, ramulos faſtigijs ſpinulentis hiſpidos; & aculeatos; Cumque Arbor hæc poma ferre incęperit; tanta ipſi vbertas ineſt, vt onere prouentus ſemper grauetur, alijs matureſcentibus, alijs verò ſubnaſcentibus malis; hæc autem fecunditas arborem hanc comitatur, non in frigidis, ſed calidioribus regionibus. Pomi, quòd nonnunquam grandius, quandoq; magis exiguum apparet effigies caperata rugis, prælonga interdum rotundior; Odor pluſquam iucundus, & qui martias violás ferè referat,

acidus ſapor, amara intùs grana; Hæc poma ſeplaſarijs, quàm culinis potius nata videntur; Celebratur autem hæc Arbor *in Georgica l.* 2. his carminibus.

Media fert triſtes ſucos, tardumq; ſaporem
Fœlicis mali: quò non præſentius vllum
Pocula ſi quando ſęuæ infecere nouercæ,
Miſcueruntq; herbas, & nō innoxia Verba,
Auxiliū venit, ac mēbris agit atra Venena;
Ipſa ingens Arbor, faciemq; ſimilima lauro
Et ſi non alium latè iactaret odorem
Laurus erat: folia haud vllis labētia vētis
Flos apprimè tenax: animas, et olētia Medi
Ora fouēt illo, et ſenib? medicātur anhelis.

Addamus hic *Alcibiad. Lucarinum*, Citrum onuſtum fructibus depinxiſſe, indeque ſequenti ornaſſe propoſitione

E Peſo graue è il frutto.

Alludens Patribus Famil., quibus filij, ipſorum ventris fructus, plùs ponderis ferunt, quàm voluptatis; vnde *Tertulianus lib. de nupt. cap.* 4. ait *Liberorum amariſſima voluptas*. A Putredine tutam eſſe, hanc arborem monent Multi, & propterea immortalitatem indicare; vndè

Pli-

Plinius lib. 13. *cap.* 5. ſcribit *Materia ipſi Eternitas, itaquè, & ſimulacra Deorum ex eo factitarunt*. De ſimilibus eruditionibus rethoricis circa Arborem Citriam vid. *Abbat. Filip. Picinel. in ſuò mund. Simbolic. lib. 9. cap.* 8.

Citri autem variant magnitudine, nam quidam ſunt maiores inſtar melopeponum, quorum plures ego obſeruaui, dum Rippæ Tridenti eſſem; alij Minores, & vulgares; alij Limonum magnitudine; ſic alij prælongi ſunt, alij rotundiores; hinc variant quòque loco natalis, alia enim dicuntur Poma Medicea, alia Aſſyria; aliqua ex Guinea &c. Quæ autem auri colore relucent poma aurẽgia Vulgus nominat, quæ ex viridi in luteum langueſcunt, citreola, vel Citrula, nominat, quæ ouata ſpecie turbinantur, ſi luteo colore nitent, citrangula, priuatim Citrea vocant, ſi herbaceo colore virent limones dicunt; ſi prægrandia modo Melonum orbiculata facie turgent, Ponceria

ceria vulgò, quaſi Cerea, vel potiùs citrea poma dicunt; ſi quis autem plura circà Citri differentias cupit legat curioſum opus *R. P. Io: Baptiſtæ Ferrarij Ieſuitæ* cui titulus eſt *Heſperides, ſiue de malorum Aureorum cultura, & Vſu*; in quò inueniet magnam Citrorum varietatem, & in ſpecie eruditiones varias reperiet circà Citrum beluatum, qui formam retinet quaſi capitis Beluæ; hinc variam eſſe aciditatem Citrorum monet experiẽtia; atque hanc arte quoque fieri poſſe teſtatur *Nicol. Monardes*, qui cum *Donzello* aſſerit huius artificij fuiſſe *Paladium* inuentorem Virum in culturæ genere celebrem; Aduertendum autem ſub ipſo Citrorum genere comprehendi Poma Aurancia, Limonia, Poma *Adami* dicta, apud Tuſcos *Lomei* vocata; Quorum malorum ſpecies, eſſe ſimiles Citris, ſed non tamen ità efficaces ait *Ioſeph. Donzelus in Theatr. Pharmacent. part. 2.*

Vbique ferè locorum oriuntur

Citri

Citri, ſed præcipuè, & in maxima copia naſcuntur in Liguriæ regionibus, in Inſulis maris Ægei, Arcipelagi, Siciliæ, in Neapolitana Telure, & apud Benacum, vbi pulcherimos obſeruaui citros, & præcipuè dulcis ſaporis multos; Florent autem quouis anni tempore, ità vt alijs decidentibus fructibus iam maturis; alia Poma citria matureſcant; hinc carminibus iſtis vulgatis de Citro caput hoc primum claudamus

Medica mala ſumus, pelli vis ignea noſt: eſt
Humentis bruma, nec benè cocta caro.
Terreus eſt humor, ſectãtur ſemina pellem
Flos calet, & Folium, ſic voluere Dij. (tur
Tarda caro eſt, ſuccus cholerã fluxuſq; mora.
Cor tepet hinc ardẽs; hinc tua mẽbra nitẽt
Semina, flos, foliũ, et Cortex frigẽtia mulcẽt
Corpora, & epurant Aera peſtiferum;
Sola tamẽ volumus, mãdi, ſic gratus oleſcẽs
Nos bona dic Veneri, nõ mala, nec medica.

Citria Arbos iuuatur Auſtro, & Aquilone læditur; monente *Ruelio*.

CA-

CAPVT SECVNDVM

De Viribus, ac qualitatibus Citri.

GRæcos, atque Arabes in facultatibus Citri recenſendis nequaquam cõuenire oſtendit Patriæ meæ honor ſemper colendus, ac nunquã ſatis laudatus *Manard. in Epiſtol.* 3. *lib.* 11. *Galenus* autem, quem ſequitur *Tragus*, alijque plures, Citria mala frigidæ eſſe qualitatis teſtatur; de quò vid. *Mathiol. in Dioſcorid. lib.* 1.

Corticem Citri calefactiuam, vim, & ſiccantem habere docet *Scroder.* Pulpam verò refrigerare, & humectare, ac ſemen calefacere, attenuare, & abſtergere ait; Integrum verò pomum Citrium eſſe Alexifarmacum docent omnes, quos legi Autores; hoc patet ex hiſtoria ab *Atheneo* relata, qui ſcriptor aſſerit, quendam facinoroſum integri Citri esù ab internetione Aſpidum fuiſſe vindicatum; huiuſque hiſtoriæ veritatem confir-

mat

mat altera hiſtoria narata à *Frider. Hoſmano clau. in Scroder.* quæ talis eſt; Medicinæ ſtudioſus Pariſienſis in frequentia quorundam medicorum, de natura, viribus, ac Veneno viperarum diſceptantium in Ædibus Farmacopolæ cuiuſdam, vbi haud exigua Viperarum quantitas ex finitimis locis aportata, diſcendi,& curioſi ingenij gratia pręſens fuerat de preſenti materia vltrò citròque cum reliquis verba miſcens arripit manù, quòd anteà ſæpius illæſus fuerit, viperam tabulæ impoſitam, & ipſo inſcio à Pharmacopeo Gallo rude inter forbicem compreſſam, & hinc irà ſuccenſam, hæc dum ille ſermoni intentus reflexo capite dente ſuo polici dextræ vulnuſculum vix acus magnitudinem æquans infligit, quò animaduerſo illã proijcit, vulnere tamen ſpreto; Aſt vix quadrantis horulæ ſpatium interceſſerat quin dira ſubſecuta ſimptomata, conuulſio, vomitus, tormina, cum extremorum refrigeratione,

bra-

brachium croceo infectum colore intumeſcebat, facies cadaueroſa, labia liuida, ac tumida, oculis deſidentibus, polex tum minimè intumeſcebat, niſi ſub fine, nec ex vulnere inflicto, nè guttula ſanguinis aut vllius humoris extillauit; Improuiſus, & ſubitus hic tragicus caſus, in multas, & diuerſas præſentium medicorum conſilia diripuit partes. Hiç ad Theriacam, alter ad Oruietanum, tertius ad cauterium potentiale, ſed nimis tardè, confugerunt; Tandem miſer hic iuuenis decumbens, viuaciſſimus licèt, diſtortus doloribus, ſal Viperarum volatile cum aqua theriacali exigebat inani verò quaſi effectù, continuato enim Vomitù hauſtum reiciebat, nec cliſteres vllum attulerunt læuamen, tota namque Naturæ Æconomia haud leuiter turbata; Fortè autem fortuna accidit, vt Nobilis quidam exterus ex comiſeratione Ægri tactus, decumbenti pomum Citrium exhiberet, quod vix odora-

tù, non dicam guſtù, acido ſcilicèt ſucco delibatum, incredibile dictù eſt, quam ſubitaneam tullerit opem, omnia momentò ceſſabant Symptomata, & non aliter fuerat, ac ſi Iupiter, vt dici ſolet, oppitulatricem porrexiſſet manum; ex quò patet, Citrum verè alexi farmacam qualitatem habere.

Tàm ſuccum, quàm ſemina Citri; cibi appetentiam inuitare ait *Tragus*; Atram quòque bilem Citrum expellere, docet *Dioſcorides*; Impoſitos autem Citri cortices veſtiariis arcis ab eroſionis vitio veſtes vindicare, putant multi; certum tamèn eſt eiſdem bonum communicare odòrem; Corticem Citri ob ſuam virtutem cardiacam ſpiritus confortare ait *Donzelus*. Citri pulpam acidum volatilem ſuccum in ſe continentem, in morbis malignis vſitatiſſimam eſſe ait *Ettmulerus*; ſic, & in ſcorbuto præſens eſſe remedium volunt multi; hinc Belgæ quando in alia abſita loca nauigant, vbi tantum non ſē-

per

per ſcorbutum contrahunt, præſeruationis gratia ſuccum citri adhibent; Acidum enim volatile citri corrigit acidum rancidum ſcorbuti, & ſic mala citria conuenire in ſcorbuto aſſerunt *Gregor. Horſtius lib. 1. de tuend. ſanit. cap. 6. Molembrocius de Arthritid. Vag. Scorbut. cap. 13. & Baldaſar Ruſneus de Scorbuto.*

Vſum Citrini ſucci aute... in Febribus cōmendat maximè *Nigriſol. in Progymnaſ., & Riuerius in Prax.* Corticem Citri carminatiuam vim habere tradit *Frid. Hoffman.* & concoctionem iuuare; Semen in emulſionibus conferre verminantibus pueris, & Vomitus Grauidarum compeſcere legitur in *Meſſ. med. ſpagyr. pag. 390.* Aſt quià de viribus Citri in Morbis fugandis loqui debemus in altera huius noſtri opuſculi parte, ideò præſens claudamus caput opportet.

CA-

CAPVT TERTIVM

De Prȩparatis Ex Citro.

MVltæ quidèm ſunt medicæ Citri prȩparationes, quas tamèn breuitèr nùnc videamus; nàm primò condiuntur Poma citria, indè eorum cortices, vnà cùm floribus; Fit ex Floribus citri conſerua, vt & ex aciditate; fiunt vlteriùs Aqua, Spiritus, oleum, & deſtilatùm, & expreſſum, Syrupus, Morſuli, Balſamus, Electuarium, Acetum citratum, & Eſſentia liquida, ac ſicca nec non lac Citri, quæ omnia nùnc ſingilatim ſunt examinanda.

Poma Citria maxima igitur primò condiuntur nondùm ſatis matura cum cortice, ac carne inciſa nucleis exemptis, & citronata dicuntur; eodem etiam modo condiuntur minora integra, vel in taleolas diſcecta; Cortices demum cōdiuntur poſt mitigationem amaroris cum ſacharo; At hìc quoque audia-

audiamus quid de Citro condito afferat *Antidotar. Bononienſe*; Poma citria, enim ait, fruſtatim ſecta ſacharo clarificato condiuntur; quin, & condiuntur etiam Cortices citri ad eum modum: ij carne purgati lixiuio claro merguntur diebus nouem, mutato ad diem quintum, poſtea merguntur aqua clara, donec amaritudine depoſita dulceſcant; tunc aqua fontis plurima in vaſe mundo coquuntur donèc tenereſcant, aquoſa deinde ſubſtantia, ab his expreſſa in vaſe lapideo merguntur horis 24. iulebo ſufficienti ex ſaccaro albo, & aqua tripla conſtante, poſt coquuntur igne lento ad penidiorum conſiſtentiam; Extracti cortices ex hoc iulebo reponuntur vaſe vitreo ſuperfuſo ſingulis vicisſim iulebo roſato cocto ad mediocrem craſſitiē ſachari candefacti; Citros autem hos conditos cor, & ventriculum firmare, coctionem iuuare, oriſque prauum halitum corrigere ait *citati Antidotarij Auctor. pag.* 112.

Flores citri quoquè condiuntur flatus diſcutientes aſſumpti ; Conſerua duplex eſt ; alia quæ paratur ex floribus , & alia ex aciditate ; quæ paratur ex floribus tali fit modo . Sumitur tertia pars florum, V. G. ℥. iv. florum , & Saccari ℔.i. & f. S. A. Conſerua ; Conſerua pariter quæ ex aciditate conficitur ; fit ſumendo V. G. ℥. iv. Acidi, & ℔. i. ſaccari, & f. S. A. Conſerua ; Prima Flatus diſcutit, corroborat ſtomacum &c. Altera , eſt egregia ad Virium imbecilitatem , & febrilem æſtum compeſcendum .

Aqua ex corticibus deſtillatur, quæ comendatur in Febribus malignis cum lypotirnia coniunctis . Aquam pariter bezoarticam præſcribit *Frid Hoffmanus in Theſaur. Pharmaceutico* . cuius deſcriptio eſt talis . ℞. pom. Citr. recent. & ſuculent. num. vi. ſuccus exprimatur, eique adde cortices prædictos Citri ſeminibus excluſis, adde ſucci ſcordij ℔.i. ß. Acetoſæ , rutæcaprar., ſcabioſæ , card. bened. ana ℔. ß.

℔.ß. balſamicor. ingredientium theriac. ana q. s. deſtilla in B. M. & doſis ſit ℥. i.

Spiritus citri valdè cardiaci deſcriptio egregia eſt in *Meſſ. med. Spagir. pag.* 391. quæ talis eſt; ℞. Pomor. Citr. q. u. remota parte alba efoeta; conſcinde reliquum, ſaccari q. s. adde miſce in vaſculo benè clauſo, ſtent in digeſtione per ſeptem dies continuos poſtmo dum deſtilla per Alembicum, & tandem rectifica per arenam; Spiritus prodibit limpidiſſimus, cuius aliquot guttulæ in conuenienti vehiculo oblatæ collapſas reſtaurant vires; Oleum deſtilatum itidem cum aqua ex corticibus extillat de quò optimè *Iungken in med. preſent. ſeculo accomod.* At oleum habetur ſuauiùs ex non fermentatis, quod magis præſtat ad comodum externum, quam internum, pluſque ad delitiam facit, quam ad medicinam; Poteſt, & exprimi oleum ex ſemine, ſed id eſt minus vſitatum. Syrupus duplex paratur ex Citro;

primo fit Syrupus de Acetoſitate Citri cuius deſcriptio eſt ſequens ℞. Succi Citr. acid. ℔. xii. In-uaſe vitreato coque igni prunarum lento ad tertiæ partis conſumptionem, cola, & permitte, donec clareſcat, cuius ſuci clari accipe ℔. vii. ad iuſtam craſſitudinem cum iulebi clari expurgati ℔. v. & fiat Syrupus, qui æſtum, & feruorem bilis flauæ, & febrium ardentium, & peſtilentium extinguit. Secundo fit Syrupus ex corticibus Citri cum moſcho, & ſine moſcho; hoc modo ℞. Corticum Citri recent. ℔.i. Chermes ʒ. ii. Aquæ Font. ℔. x. coquantur ad duarum tertiarum conſumptionem, & percolentur, collaturæ adduntur ſaccari clarificati ℔. ii. ß. fiat Syrupus S. A. & aromatizetur cum moſchi orientalis gr. iv. ſicupias Syrupum cum moſcho; ſi verò ſine moſcho vis, moſchum linque; hic autem Syrupus Cerebrum, cor, ſthomacum roborat, & oris gratiam comendat. Tertiò demùm fit Syru-

pus de Citro condito, qui apud Pariſienſes magno in prætio habetur, in curanda inappetentia; talis autem eſt eius deſcriptio ℞. Cortic. Citri ſaccar. condit., & in taleolas diſſecti ℔. ß. coquantur, in æquis partibus, aquæ cicor., & agrimon. vſque ad putrilaginem; Expreſſioni fortiter factæ adde ſucci Cidon ℥. & aqu. ſtilat. abſint. pontic. ana ℔. ß. Quibus ſimul mixtis infunde per quatriduum Schænant. ℥. iv. in Vaſe benè clauſo, vitreato, ſuprà cineres calidos; In expreſſione fortiter facta diſſolue ſaccari albiſſimi q. s. Coquantur poſtea in Syrupum perfectum in quò callente diſſolue ambræ cineritiæ ʒ. i. ſeruetur poſtea in vaſe vitreo benè clauſo ad vſum.

Morſuli de Citro habentur *in Theſauro Pharmaceutico Frid. Hoffmani* magnæ virtutis in corde roborando, ac ſpiritibus robur addendo, quorum deſcriptio talis eſt ℞. ſolut. perlar. oriental. ʒ. ii. diſolu. cum ſufficienti quant. ſucci Citri

recent. ad formam pulticulę; Cortic. Citri condit. inciſ. ℥. iii. & ſuprà ignem in patella ſolue ſachari alb. ℥. iv. cum ſucco Citri f. morſuli ponderantes ʒ. ii.

Balſami autem Citri nomine, quià omnes penè Auctores inteligunt oleum ſtilatitium citri, de quò paulò antè locuti ſumus ; ideò Balſamo relicto, ad Ellectuarium Citri cordiale gradũ facimus, quod deſcribitur in *Meſſ. Medic. ſpagyric. lib. 2. pag.* 104. quod Spiritus Vitales, balſamumque naturæ corroborat ſumptum ad auelanę magnitudinem prò doſi ; ſic autem componitur. ℞. Internæ pulpæ Citri ℔.i. Conſer. roſar. ℥.viii. confect. alchermes ℥. iii. flor. citri condit. ℥. iii. Cortic. Citri condit. inciſ. ℥. i. ß. Margar. orient. pp. ʒ. ii. Coral. rub. pp. ʒ. vi. ol. deſt. Cinamom. gut. vi. ol. deſt. Citri ℈. ß., cum Syrup. rub. id. q. s. f. Mixtura.

De Ellectuario autem Citri ſolutiuo mentionem facit *Io: Scroderus*

rus in Pharmacop. Med. Chimic. quē videre poteſt curioſus Lector. vt & quoque de Aceto Citrato; & quia ingreditur Citrus Acetum bezoarticum ſammatiſſimum *D. Diemerbroekij* ideò iſtius Aceti deſcriptionem hic ponere nō incongruum puto, quæ talis, eſt ℞. Angelic. Carlin. Petaſid. Helenij. Dictami, ana ℥. ß. Zedoar. ʒ. ii. herb. card. bened. Scord. ana ʒ. vi. Cētaur. minor. Rutæ ana ℥. ß. flor. Stecad. ʒ. ii. Semin. Card. bened. Citri ana ʒ. i. baccar. iuniper. ʒ. iii. f. Pulu. groſſus cui affunde Aceti fortiſſimi ℔. v. ſtent ſimul in loco radijs ſolaribus expoſito per quattuordecim, vel plures dies poſtea collentur cum forti expreſſione; Eidem aceto ſi vellis, eundem puluerem adhùc ſemel de nouo infundere poteris, tuncque erit multò efficacius; Acetum autem hoc optimum eſt peſtis preſeruatiuum; eius autem duo, vel tria coclearia manè bibere opportet ſupermaſticando fruſtulum panis.

Audiamus autem modò quid de eſſentia Citri in forma liquida, ac ſicca dicat *Frider. Hoffmanus Clau: in Scroder.* Eſſentiam enim Citri liquidam tali modò fieri ait ℞. Malorum Citrinorum num. 100. diuidantur primi cortices à pulpa ipſa, poſtea remota parte ſpongioſa alba in partes conſcinde minutiſſimas, ex reliqua pulpa internâ acida ſuccum exprime, quam fortiſſimè, & ſuperaffunde probè cum ſucco mixtis inuicem corticibus, adde ſaccari S. Q. & per ſeſquimenſem digere in loco calido; poſtea per B. M. abſtrahe ſpiritum fortiſſimum, quem ſeorsìm aſſerua; Reſſiduum exime, & cum expreſſione traijce primò per pannum album, deindè verò filtrà debitè per cartam bibulam, facta filtratione inde cucurbitæ conuenienti, & abſtrahe indè ℥. i. cum ſupradicto ſpiritù fortiſſimo coniungendam, quod reſidui liquoris remanſerit, in cucurbita ſuprà dicto ſpiritui permiſce, & in peli-

pelicano tandiù circuletur, donec liquor ille pellucidus,& coloris citrini euaſerit; tandem effundatur per lentam inclinationem quod clarum eſt, & vſui ſeruetur, fæces verò in fundo reſidentes reijciantur.

De Eſſentia vero Citri ſicca facienda ſic ſcribit *cita. Hoffmanus* Conficitur hæc ex corticibus Citri recent. mediante ſaccar. alb. aſperſione, quod abraditur iterum cum parte inuerſa cultelli in orbe ſtanneo, vſque dum ſaccarum cõſiſtentiam aquirat ſiccam. Lac Citri tandem fit à Siluio de leboe ſic ℞. Spirit. Citri ℥.i. roris ℥.ii.ß.m.& habebis Citri Lac. &c.

Appẽdix.

Duos Citros pręgnantes vidi ego Annis elapſis in quibus ſectis obſeruabantur Citri alij minores; ſuo tamen cortice flauo ornati vti maiores; De talibus Citris prægnantibus mentionem faciunt *Clariſs. D. VVilichius epiſt. ad Thom. Bartholin.*

Michael Doringius ad Senertum; Olaus Vormius in Muſeo ſuo; G. Harueus de Animal. Generat. Thom. Bartholinus Centur. 3. epiſtol. 41. pag. mihi. 153. Ioh. Baptiſt. Ferrarius lib. 3. Heſperid. cap. 19. Cornel. Stalpartius Vander. Viel. Obſeru. centur. 2. pag. mihi 476. aliique plures.

Citrum pariter beluatum, qui capitis ferre Agni figuram repreſentabat mihi Anno 1684. demonſtrauit Mercator quidam Ianuenſis, dum ſimul, in naui, Venetias peteremus; ipſoque aperto, ac man ducato, ſuccum non acidum, ſed dulcem lingua percepi. Semina autem illius, figuræ valdè ab aliis Citris diſsimilis obſeruauit oculus noſter non ſinè curioſitate; tunc enim primò tantùm citrum beluatum, de quò eruditè; *R. P. Ferrarius Soc. Ieſu* ſcripſit; obſeruauit. Citrum manus figuram habentem ſe obſeruaſſe mihi narauit *Clariſs. Franc. Maria Nigriſolus Practicus Ferrarienſis celeberimus*; Et de tali digitato Citro meminit etiam *Vliſ.*

Aldo-

Aldourandus libr. 2. de Arborib. pag. mihi 527.

Citria autem, quã volueris, *lector Amice*, figuram exteriùs preſeferent, ſi vbi defloruerint, & primum ſui rudimentum exhibuerint, in figuratum internè typum aliquem ligneum, teſtaceum, aut alterius materiæ incluſeris, & deligaueris, donec iuſtum maturitatis gradum aſſequantur ita monente *Antonio Mizaldo in Arcan. memorab. cent.* 1.

De Citrij Arboris ſpecie ait nonnulla curioſa *Plinius*, quæ flores tantumodo, at non fructus facit, & de alia narrat fructus tantum, ſed non flores producente; quà de re *leg. Plin. Mathiol. &c.*

Apud *Theophraſtum* mentio fit de arbore quadam in Phrigiæ regionibus oriente quæ ab ipſo dicitur *Cedris*, & ab interprete poſtea ipſius *Theophaſti Gaza*, vocatur *cedrula*.

Plinius quoque Citri ſpeciem dicit plantam quandam, quæ oritur in ſilua præcipua Montis Athlã

tis in Mauritania; & habet ſimilitudinem Cupreſſus fœminæ; A' Multis verò eruditis putatur hæc Arbor *Thuia* deſcripta à *Theophraſto*.

Notandum autem, quòd ſi aliquis velit, Citriam Arborem fructus proprios retinere haùd poſſe; ſumere debet quinque partes ſulfuris Citrini, & quinque nigri, & duas partes albi, & Cinabrij, indè in puluerem omnia ſubtiliter reducere, quò ſuffumigare plantam Citriã debet, & ſic omnes fructus cadent; hoc verò arcanum ego Legi iam apud *Albert. Magnum lib.* 3. fides autem ſit penès experientiam.

Notandum pariter, Citriam Arborem in Aſſyria ſolùm Mediaque iam ortam fuiſſe, ſi *Plinio* credimus, qui verbosè de illa diſſerit; vnde è Perſide Poma Citrea in Grætiam illata, indeque in Italiam; nec vt eſui eſſent, aut menſarum vſui, ſed vt odoris gratia inter prætioſa reconderentur, aut

veſti-

veſtibus interijcerentur: *Pliny* certè ætate nondum mandebantur, nec gignebantur in Italia, reffertque *Plutarcus* auorum dumtaxat memoria manducari cœpiſſe; Videtur autem in Italiam Arbor peruenisſe paulo antè *Paladij* tēpora, vbi mutato ſolo, ab ea quę in Aſſyria naſcebantur, eò receſſit, vt cùm tempore Anni in Aſſyria fructum ferret, in Italia tantùm certis temporibus poma æderet; Ex Italia poſtmodum in Iſpaniam, Galliam, aliaſque reggiones propagata, atque hæc eſt cuius Poma propriè *Citria* dicimus; Antequam autem hæc Arbor Greciæ innoteſceret, iam pridèm Heſperia Arbor, quã Citrum *Plinius* antiquitùs dictam eſſe ait, Vulgaris erat, Domibus decorandis expetita, & Veſtibus odore Pomi, quod nec ipſum tum eſitabatur; imbuendis; Quæ mala modo Heſperia, modo Aurea, modo Citria apellata ſunt; Ex hoc ergo conſtare patet Duplicem eſſe Citriam Arborem apud Auctores

vna

vna parua, quę medica vocatur, neque altè extollitur; Alia valdè ingẽs ac alta, qua vſos fuiſſe veteres, ad Tabulas, Naues &c. contruendas dicam in *Cap de Vſu Æconom. Citri.*, & de hac Poeta ſic loquitur

Ipſa ingens Arbor, faciemq; ſimilimã lauro.

Hinc aiunt multi cum *Ioh. Iacob. Hoffm. in Lexic. Vniu.* ſub Citri nomine duas diuerſas Arbores venire ſcilicet *Thya*, & Citrea, de qua modo dictum; Et quidèm *Thya* peculiaris Cyrenaicæ, & Hammoniacę Libyes arbor, iuxtà *Theoph.* in Græcia nuſquã viſa fuit, niſi inuecta ex Africa; Vnde Romanis maior, quã Græcis eius notitia, quippe Africæ vicinioribus; quibus tamèn non ex Cyrenaica, ſed ex Mauritania afferebantur Menſę citreæ, vbi, & Citrum naſcebatur; Cõfines certè Athlãti Mauros arborem citri ferre ipſe *Plinius* fatetur; Vnde *Athlant. mun.* vocãtur Citreę Menſę à *Mart. in lib.* 14. *epigram.* 87. dum ſic canit.

Accipe Fælices, Athlantica munera, ſyluas
Aurea qui dederit Dona, minora dabit.

Aſt ſuſpicatur *Salmaſius*, incognitum illud genus Arborũ, & Athlãtis Montis peculiare, cuius *Plinius* meminit in lib. 5. ex relatione *Suetonij Paulini* qui primus Romanorum Athlantem trangreſſus eſt, tradentis Arbores eſſe in eo ſpectabilis proceritatis, & frondes habere cupreſſi ſimiles, & Citri Arbores videri; certè omnia conuenire, præcipuè foliaturã cupreſſinam, ait citat. *Hoffmanus*, quam cum tribuat & Cedro *Vitruuius* prorſus videtur Cedrum, & Citrum confundere, quemadmodum faciunt alij multi.

Tantæ autem, & talis præſtantiæ Citria Arbor ſemper fuit, vt hanc eligere ad ſanctam conſtruẽdam Crucem, non dedignatus ſit *Christus Dominus noſter*; quod optimè oſtendit *P. Valderama in ſuo Quadrageſimali;* dum inixus Authoritatibus *Beda, ac Belarmini* ait, S. Crucem conſtruentia ligna hæc quattuor fuiſſe ſcilicet Cedrum, Palmam, Cupreſſum, ac Oleam; hinc in *Theatro Vita humana ad liter. C.*

legi-

legitur *Ligna Crucis Palma, Cedrus, Cupreſſus, & Oliua*; hocque confirmat *Gloſ. in Clem. p. de ſumma Trinitate, & in verbo Cruci*; Atque hinc eſt quod Sancta Eccleſia noſtra canit de Cruce loquendo. *Super omnia ligna Cedrorum tu ſola excelſior &c.* de quà rè plura apud *Origenem, & Iacob. Pintium de Crucif.*

Diuus Auguſtinus, monente *Leonardo Mario comment. in Sacr. ſcrip.* agnoſcit pro materia Nauis Noeticæ ligna cedrina; quin, ſacram Teſtamenti veteris Arcam ex lignis *Sctim* hoc eſt Cedri fuiſſe conſtructam; ait *Amon. Corius concord. in Geneſ. cap. 7.* & *Hoffman. in lexic. Vniuerſal. ad litter.* A.

Salomonem ornaſſe Altare cedro colligitur, ex *lib. 3. Regum cap. 6.*

Niuē ſuper Cedro nō durare aſſerit *Theoph*; item neq; hiemem ſentire, nec amittere folia ſcribit *Vitru.*

Reſinam ſpontè è cedro manare, liquidam primò, mòx in grumos concreſcentem ſolis feruore ajunt Botanici omnes; hìncque

iam

iam Deorum ſtatuæ viſæ ſunt aliquandò ſudaſſe, vt monet *Theophraſtus hiſtor. Plantar. lib. 5.*

Scobe Cedri fugantur Serpentes, quò fine ſolebant

. . . . . . odo atam ſtabulis accendere cedrũ,
Galbaneoq; agitare graues nidore chelydros;
Quin, & odoratæ nocturna in lumina cedri,
vrebantur.

Cum autem Cedrus rectiſſimo ſit caudice, ac meatum venarum habeat ſimplicem, & in obliquum, facilè vulnus in cacumine ad radicẽ peruenit; ſic palmæ quoque cerebro vulnerato pereunt, in quo vis vitalis, & germinatrix eſt ſita; ità monente *Theoph. lib. 5. cap. 23. &c.*

Serpentes fugare Cedrum habetur ex *Beda de templo Salomon.* ac ob ſuam celſitudinem principem notare colligitur ex *coment. S. Hieronymi tom. 4. lib. 14.* hinc cedrũ virum iuſtũ ſignificare demonſtrat *Petr. Bercor. in ſuo Reductor. moral.*

Narrat. *Plinius lib. 16. hiſtor. nat.* fuiſſe ſuo tempore Vticæ in Apollinis templo trabes cedrinas incoruptas

ruptas tantæ vetuſtatis, vt inter earum colocationem, & ipſius Plinij etatem mille centum, & octoginta Anni interfluxiſſent.

Cedrũ,tradunt ſolertiores naturalium rerũ indagatores, feruidioris nonunquam ſolis radijs percuſſam, inclinatis ſublimiorum ramorum verticibus impalleſcere ſolitam, & arreſcentibus præ humoris inopia frõdibus parùm ſępiùs abeſſe ab interritù, niſi induſtris inuigilantis cuſtodis manus, cum non multis frumenti granis accedat, eam prope, ſub aridas arboris radices diſſeminet, ex quò fit, vt paucis ſuperuenientibus nocturni roris guttulis reuiuiſcat; vt docet *Io: Bapt. Houatus de Eminentia Virginis tom. 1. cap. 17. &c.*

Dianę tandem ſimulacrum in magno Efeſi templo exiſtens ex eo fuiſſe conſtructum ait *Ruellius*; De ſimilibus autem eruditis Cedri obſeruationibus plura dicam in capit. vltimo Secundæ Partis.

Finis Primæ Partis.

PARS

PARS SECVNDA

CAPVT PRIMVM.

De vsu Citri in Affectibus Capitis.

AD curioſe exornãdam citri noſtr: deſcriptionem, iuxtà methodũ Illuſtriſs. Accademię Curioſorum incedendo; neceſſe, eſt, vt delibatis Citri Deſcriptione, Differentijs, virtutibus, ac præparationibus, deſcendamus in ſpecie ad morbos profligandos vsù Mali medici, vel medicinis, malo iſto imbutis, ab Authoribus Claſſicis ſumptis, vel ex obſeruationibus captis; quod breuiſsime dabimus ſequentibus paginis; Et ſane ſi Citrum reſpiciamus, videbimus, ipſum capitis affe-

affectus fugare, ac ſummam Paladis Arcem â morbis tutam defendere; Ad capitis enim Grauedinem tollendam Citrum comendauit *Fel. Platerus in obſeru. lib.* 2. dũ ſequens præſcripſit medicamẽtum in forma Electuarij alternis diebus manè ſumnendum in quantitate moderata; ℞. *Cort. Citri cõdit.* zinziber; condit. ana ℥. ß. pulu. roſar. nouel. pliris Arcon. ana ʒ. ß. Cinamom. ʒ; ii. Conſeru. Maioran. flor. ſtecados, ana. ℥. i. ß. roſar. ℥. i. Anthos ʒ. vi. m. cum Syr. de Betonica Fiat Ellectuarium.

Ad frigidam Cerebri intemperiem fugandam, ſequens parat remedium *Riuer. Prax. lib.* 1. *cap.* 1. ℞. *Cortic. Citri conditi*, Conſeru. radic. Acori ana. ℥. i. Conſ. flor. Saluiæ, Anthos, ana. ʒ. vi. nucis Moſc. condit. ℥. ß. mirabulan. condit. num. 1. Theriac. veter., conf. Alcherm. ana. ʒ. iii. pulu. elect. Diambræ, & diamoſchi dulcis ana. ʒ. i. m. cum Syr. Cortic.

Citri

Citri fiat opiata de qua Æger capiat ad magnitudinem caſtaneæ manè duabus horis antè paſtum ſuperbibendo parum vini generoſi.

In vigilijs *Sennertus* citrum laudat, dùm ſequens exhibet medicamen; ℞. ſpec. diambr. ℈. ii. Diamoſc. dulc. ʒ. ß. ſucini albi ℈. i. Ambræ Griſ. gr. iii. m. cum Syr. de *Cotric. Citri* f. Pilulæ num. 24. & capiantur tres hora ſomni.

Sequens Ellectuarium à *Reiner. Solenandro conſil.* 13. *ſect.* 2. comendatur contrà paralyſim. ℞. Conſer. flor. Anthos ℥.i. ß. Conſ. flor. bugloſ. ℥.i. *Cortic. Citri condit.* Zinzib. in India condit. ana. ℥. i. radic. Cicor. condit. ʒ. x. ſemin. erucæ, piper. long. ana. ʒ. ß. ſpec. diambr. ʒ. i. ß. m. cum ſyr. conſeruatarum nucum myriſticarum, f. ellect. S. A.

Contrà Vertiginem morſulos hos præſcribit *Senertus Pax. lib.* 1. *part.* 2. *cap.* 4. ℞.ſaccar. roſ. tabul. in Aqu. Scorzoneræ diſolut. ℥. iv.

radic.

radic. pæon. Ireos, Scorzoner. ana. ℈. ß. Doronici ʒ. i. ſpęc. diantos,aromatic.roſ. diatrion. Santal. ana. ℈. i. Extracti Pęonię gr. x. ol. nuc. moſc. macis ana gut. iv. *ol. Cortic. Citri*,fęnicul. ana. gut. ii. f. morſuli S. A.

Ad Epilepſiam fugandam comendat hunc puluerem *Foreſtus obſ.* 61. *lib.* 10. cum iure pulli ad ʒ. i. ſępe in aurora ſumendum ℞. Sem. Pęonię, pulu. Cran. human. ana. ʒ. iij. Cariofilor; nucis moſchat. *Sem. Citri* ana. ʒ. i. m. f. Puluis vſui ſeruandus; Mihi etiam placet illud *Ioelis* remedium quod *Grulingius* quoque *in Prax. lib.* 1. integrum tranſcribit,& eſt hoc, ℞. Conſeru. Betonic. Saluię, Antos, ana. ℥.i.rad.cicor. cōd. *Cortic.Citri Condit.* & minutè conciſ. ana. ℥. ß. Spec. diamoſc. Diambr. ana. ʒ. i. ß. pulu. viſci querc. ciner. Cucul. auis, cran. homin. coral. rub. pp. ana. ʒ i. ſem. pęonię ʒ. i. ß. ol.Cinamom. ℈. ß. m. & cum s. q. Syr. de Cicor. f. elect.. S. A. & Doſis

ſit

ſit quantitas ſemi-iuglandis ieiunio Stomaco.

In Apoplexia leui tamen, nam in forti nullum eſſe poteſt remediũ dum *Hippocr. in Aphor.* ait Apoplexiam fortem ſoluere eſſe impoſibile, Leuem verò non facile; In apoplexia in quamleui, magnum poteſt ferre iuuamen Aqua Apopletica, *Sigiſmondi Koltenteri*, quæ ſequens eſt ℞.nuc. moſcat. Cariofilor. macis, Zinzib. Zedoar. galang. maior. & min. piperis albi, nigri,& longi, Cinamom. Calam. Aromatic. Cyper. gran. paradiſ. Cardamom. Cubeb.Caſtor. Sem. carui, fęnicul. Anis. *Cortic. Citri*, Limon. Aurantior. ana. ʒ. iii. Thuris, Mirrhę, Maſtic. aloes hepat. ana. ʒ. ii. Spic. Ind, Celtic. radic.Gentian.eryng. ireos, peon. pyretri, ligni viſciquer. corylin. ana. ʒ. ß. fol. Camedrij, Camepit. Saluię, roriſmarin. maioran. ana. m. ß. Eufraſię m. ii. puleg. mentę, hyſop. artemiſię, origan. ſerpil. Celidon. ana. m. ß. baccar. Iuni-

per.

per. m.i. flor. Sambuc. Violar. Lauendul, tiliȩ, roſar. rub. pȩoniȩ, primulȩueris, ana. pug. ii fol. betonic. m. i. Aneti. m. ß. Dactilor. amigdalar. dulc. ana. ℥. ß. Croc. ʒ. i. Conciſ. ac conquaſſat. ſuperinfund. Vini albi generoſ. ſpiritus Vini optim. ana. ciatos ii. ß. Rectè obturato vaſe ponatur per integrum Menſem ad ſolem ȩſtiuum, vel propè fornacem tempore hyemali, ſingulis diebus bis, vel ter agitando, ac poſtmodum fiat Deſtilatio.

In Phrenitide ſequens *Sennerti* remedium mihi placet, quod noſtro exòrnatur citro. ℞. pulp. tamarind. ʒ. ii. radic. Cicor. ſatiu. condit. ℥. ß. lactuc. condit. *pulpæ Citri condit.* ana. ʒ. iii. Conſeru. flor. ninfeȩ, roſar. bugloſſȩ. anà. ʒ. v. Acetoſel. ℥. ß. ſpet. diamarg. frigid. ʒ. ß. fragment. lapid. prȩtioſ. ana. ℈. i. Coral. rub. pp. ʒ. i. m. cum Syrup. conſeruatiuo *Citri*, q. ſ. f. Condit. S. A.

A' Clariſſ. *Laz. Riuerio* in Mania,

nia, ſequenti in remedio laudatur Citrum ℞. Lapid. lazuli ʒ.i. ß. turbith. ʒ.i. diagr. ʒ.ß Sen. ℥.ß. epit. cremor. tartar. ana. ʒ. ii. Cinamom. *Cortic. Citri* ana. ℈. i croci ℈. ß. f. Puluis, cuius Doſis erit ʒ. i. cum iuſculo, vel liquore apropriato.

Ego iuſtè affirmare poſſum, Vnum Reuer. Monacum, & vnum Ciuem Ferrarienſem à ſęuo dolore Capitis liberaſſe ſola exibitione *Conſ. ex acredine Citri* ad ℥. i hoc autem ad plures dies, mane ieiuno ſtomacho.

Melancoliam ſanare ſequens remedium ſcribit *Senertus in Praxi* ℞. *Condit. flor. Citri*, aurantior. ana. ʒ. ii. nuc. indic. ʒ. iii. *Cortic. Citri*. ℥. ß. Conſeru. fl. ninfeæ, roſar. Viol. ana. ℥. i. borag. bugloſ. ana. ℥. ß. fl. lauendul. Anthos ana. ʒ. i. ſpec. elleƈt. de Gemis ʒ. ß. diamoſc. ℈. i. Confeƈt. Alcherm. ʒ. ß. tinƈtur. Coral. rub. ℈. i. Eſſentiæ Cinamom. ʒ. i. m. cum *Syr. de Cortic. Citri* q. s. f. Conditum; cuius ſit quantitas nucis Moſcatæ.

Tabulæ quoquæ ſequentes à *Viliſio* paratæ contra Melancoliam mihi placent. ♃. Pul. Margar. Eboris, Coral. pp. ana. ʒ. ii. Spec. lætific. diarhodonabbat. ana. ʒ.ii.*ol. è corticib.* Citri ℈. ß. ſaccar. alb. ſolut. & ad tabul. cocti in q. s. aq. meliſſæ. f. S. A. Tabulę ponderis ʒ.i. quarum capiat Eger. ii. vel. iii. mane hora 9. & 5. pomeridiana ſuperbibendo Hauſtum, aq. deſtil. apropriat.

Ebreum quendam à profundo ſomno liberaſſe *Excell. D. Io: Baptiſtam Iuſtinum Perceptorem meum amatiſſimum*, dum viueret obſeruaui ſolo odore *Balſami Citri*, nec non exhibitione nonnullarum guttularum eiuſdem in iuſculo.

In Conſultationibus *Clariſ. Io. Fort. tom.* 2. me legiſſe recordor prò catharo optimum ſequens eſſe remedium, nempe Iulap. acet. ad vntias iii. *Cortic. Citri* aromatiz. quinque, aut ſex diebus exhibend. præceſſo tamen medicamento lenitiuo, vt Caſſia, vel Manna &c.

Conu-

Conuulſionem tollere ſequens remedium Citro exornatum ſcribit *Senert. in Pract. lib.* 1. *part.* 2. *cap.* 28. ℞. Conſeru. Peoniæ, Anthos ana. ℥. i. Maioran. Betonic. ana. ℥. ß. primulæ Veris ʒ. iii. bugloſſę ʒ.ii.pul. Sem. Card. bened. fænicul. ana. ʒ. i. radic. Pæoniæ ℈. iv. nucis moſcat. cond. ʒ. *ß. Cortic. Citri cond.* Zinziber. cond. ana. ʒ. vi. Galangæ cond. calami aromat. ana. ʒ. i. ß. Cinamom. ʒ. ß. inciſis incidendis m. cum Syrup. Pęoniæ f. S. A. Electuarium per Vices ſumendum.

Imbecilitatem pariter principū functionum corrigit, & præcipuè ad reparandam memoriam facit monente citato *Sennerto* Sequens Aqua quam Fructus noſter ingreditur, & condecorat. ℞. Cinàmom. ℥. *ß.* Zinziber. ʒ. ii Sandal. omniū ana. ʒ. iii. pul. Cariophil. galangæ, nucis moſcat. ana. ℈. iv. macis, cubebarum ana. ʒ. ß. cardamom. ʒ. i. ß. Zedoariæ, ſemin. Nigelæ ana. ℥. i. *ß.* Aniſi, fæniculi, paſtinac.

Silueſtr. ocymi, rad. angelic. Cariophilat. gliziriz Calam. aromat. Valerianæ min. fol. ſchlareæ, calamint. puleg. Mentæ, Serpil. Maioran. ana. ʒ. i. flor. roſar. rub. Saluiæ, Betonic. Anthos, Stecad. bugloſ. boragin. ana. ʒ. ii. *Cortic. citri* ʒ. i. ß. ſpet. diambr. ʒ. iii. aromat. roſ. diamoſc. dulc. Diarhodon. ana. ʒ.ii. Terrenda terrantur, & infundantur ℔. vi. aq. Vitę: ſinantur in vaſe vitreo per 15. dies ſtare, occluso ſubinde vaſis oſculo; Deinde deſtillentur per alembichum in B.M. arctè occluſis comiſſuris; In aqu. extilat. ponantur ſantal. teſſeratim inciſ. ʒ. i. ambræ, moſch. in pet. lig. ana. gr. iv. iulep. roſat. clariſſ. ℔. ß. ſtentque ita per 15. dies, poſtea aqua ſeparetur,

Saliuationem quoque tollere Citrum docet *Rolfincius Conſult. pag. 659.* dum ſequentes morſulos præſcribit. ℞. Conſer. acetos hiſpan. roſar. vitriolatæ; oxalidis minor. ana. ʒ. i. *e toto Citro* ℈. vi.

pulp.

pulp. aurantior. cond. *Citri cond.* ana. ʒ. iii. berber. cond. ribium cond. ana. ʒ. v. ſpet. diatragant. frigid. ocul. Cancr. pp. ana. ℈. *i.* *Syrup. acetoſitatis Citri*, Cidoniorũ ana. ℥. ß. Conſcindantur conſcindenda, & miſc. S.A.cum Sachar. roſ. in aqu. Cidonior. & acetos q. s. ſoluti ℥. viii. & F. S. A. Morſuli pondere ʒ. ß.

De Vsù Citri in affectibus Thoracis.

CAPVT II.

NON tantum ad affectiones capitis tollendas, verùm etiam ad medij Ventris, Cordis nimirùm arcis expellendos morbos citrata facere medicamenta obſeruaui ex auctorũ Practicorum monumentis; & ad noſtram exornandam Citrologiam ſequentia remedia collegimus, quæ à Doctoribus laudantur ad profligandos

pulmonum, Cordis aliarumque partium thoracis affectus; nam primo præſtare Citrum in Angina colligitur ex *Diemerbroekio in Diſput. Medic. thorac. hiſtor.* 5. dum in angina ſequens pręſcribitur Gargariſma. ℞. Glizirizæ raſ. drac. iii. rapas duas mediocr. magnitud. herbæ Scabiolę, Viol. Malu. Mercurial. betæ, ana. m. i. flor. Camomil. roſar. pallidar. ana. m. ß. *Cortic. Citri* ℥. ß. aquæ q. s. coqu. S. A. ad libitum; Adde colaturæ Syrup. dianuc. ℥. ii. Diamor. ℥. i. Melis roſac. ℥. ß. m. f. Gargariſma.

In Aſthmate comendat *Sennertus* ſequens remedium, quod Fructus noſter ingreditur, nempe. ℞. Radic. irid. Florent. helenij ana. ℥. ß. pulpę dactilor. paſſul. mund. ana. ʒ. iii. *Cortic. ſiccor. Citri*, Aurantior. ana. ʒ. ii. benzoes ʒ. i. croci ʒ. ß. Infunde bidui ſpatio in ſpiritù Vini optimè rectificato; poſtea liquor per inclinationem ſeparetur, cui adde Sachar. cand. pulu. q. s. Spirit. Vini accende,

&

& liquorem continuo agita, donec Flamma ſpontè extincta liquor olei fere conſiſtentiam aquirat, cui adde ol. Sulfuris q. s. ad gratam aciditatem.

Pleuritidi, ac Peripneumoniæ, quoque ſuccurit citri Virtus, ſi *Pompeio Sachio* credamus, qui in *Conſult.* 31. ſequentia preſcribit in affectibus dictis modò, remedia; ℞. Ocul. Cancr. pp. Mandibul. Lucij pp. ana. ℈.i.ß. Antimon. diaforet. gr. xv. m. cum aquę papau. errat. & *Totius Citri* ana. ℥. i.

In ſyncope, viriumque languore *Etmulerus* ſequens comendat medicamen. ℞. aqu. rub. Idęi ℥. iii. acet. theriacal. drac. iii. *Spirit. Citri* ℈. iii. Syr. rub. idęi ℥. ß. miſce. Cordis palpitationē ſequens tollere remedium citro imbutum ait *Isbrand. Diemerbroek in ſua Prax.* ℞, *Cortic. Citri*, baccar. iuniper. ana. drac. v. radic. helenij, fęnicul. ana. ℥. i. Cappar. tamariſſ. ana. ℥. ß. herb. Camedrios, cuſcutę, fumarię, boragin; cardiacę, trifolij

paluſt. ana. m. i. melliſſę m. ii. ſęm. fenicul ʒ. iii. paſſular. corint. ℥.ii. Aqu.& Vini ana. p.eq. Coqu. S. A. & f. apozema ad ℔. i. ß.

Optimum eſſe Citri nòſtri vſum in Pulmonum hydrope ait *Pomp. Sachius in Conſult. ſuis pag.*113.dum ſequentia laudat. ℞. pul. Viperin. ℈. i. pul. Chachetic. Quercet. ſine ſaccaro ℈. i. Trocis Gal. moſc. gr. viii. m. ſuperbibendo Decoct. in Iure, vel aqua Abſcint. lign. ſaſſafras ʒ. ß. Calam. aromat. macis ana. ℈. ß. lign. Aloes ℈. i. ſuperaddendo Elixir. vitæ gut. viii. *Syrup. de Cortic. Citri* ℥. ß.

Ego ſequenti aqua Sacerdotem Annor.40.liberaui ab Hemophtoe in Phtiſim iam iam delabente,quã aquam Citrus condecorat. ℞.Carnis Vituli ℔. vi. Aq. commun. ℔. xii. bul. ad tertię. part. conſumptionem ; adde in fine Fol. farfar. Pulmanar. betonic. ana. m.ß. *Cortic. Citri* ℥. i. *ſs.* radic. liquirit. raſ. ℥. i. Pinearum ℥. ii. *ſs.* facta leni ebulitione deſtilla in B. M.

Ad

Ad Tuſſim fugandã, citrum etiã concurere colligitur ex *Dioniſ. Fontanono lib. de morb. curat. pag.* 158. dum ſequenti puluere caput conſpergẽdum eſſe ęgroti monet, cum lectum ingredi velit. ℞. *Cortic. citri ſic.* ℥. iii. Santal. Citrin. baccar. mirti, Cyper. Cariofilor. ana. ℥. i. *ſs.* Stirac. calamit. ℈. iv. coriandr. pp. Cocci infector. ana. ℥. i. *ſs.* roſar. rub. ℥. i. f. puluis, quò ęger, vt dictum eſt vtatur. *hinc Citrum* tuſſim ſanare ait *Plinius lib.* 24 *cap.* 5. &c.

De Vsù Citri in Affectibus Abdominis.

CAPVT III.

NE putes vellim *Lect. B.* ad morbos capitis, ac Thoracis tantumodo fugandos citrum facere; ad affectus enim Abdominis etiam valere collegi à multis Practicorum remedijs; hinc contra

Cardialgiam prȩſtare Citrum ha-
bui à *Roiſincio*, qui in *ſuo ord. ac me-
thod. Med. ſpec. Conſult. pag. mihi*
627. ſequens cōmēdat remedium.
℞. Aqu. Cicor. ℥. iii. Syrup. Viol.
Solut. ℥. ß. pulu. Cholagog. quer-
cet. ℈. i. *Spirit. Citri* gu. iv. m. f. P.
In Singultu *Riuerius* laudat Ci-
trum in ſequenti medicamine.
℞. Cerat. ſantalin. & Vngu. ro-
ſac. ana. ℥. i. maſtic. ℥. ß. *Corțic.
citri*, Carn. Cidonior. ana. drac. i.
cum ſucco ſemperuiu. & pauca
Therebintina f. emplaſtra duo,
quorum alterum anteriùs, alterum
poſterius ſthomaci ſedi applicetur.
Vomitum ſedare Fructum no-
ſtrum, ait *Paul. Barbeta in Prax.*
dum ſequ. emplaſt. ſtomacho im-
ponendum prȩſcribit. ℞. ſpec. aro-
mat. roſat. maſtic. ell. ol. nucis
expreſſ. ana. ℈. iii. macis ſtilatit. *Ci-
tri* ana. ℈. ß. Gum. Caran. q. s, m.
f. emplaſt. efficax etiam dicitur ab
Hoffmano, & *Luca Tozzio viro Do-
ctiſſ. ac Patrono, & Amico meo magno*,
Sal Abſintij ad ℈. i. cum *Suc. mali*

Citrij

citri recent. ℥. ß. quod remedium pluriès fęliciter expertus ſui, in praxi facienda.

A' *Platero, & Rolſincio* ſeq. commendatur Clyſter in Cholera ex quò patet Citrum noſtrum ad Cholerę curam concurrere; ℞. radic. Lilior.alb. exicat vnc.ii. Altheę ℥. iii. herbę Malue betonic. ana. m. i. flor. Camemel. melilot. furfuris, ana. m. ß. Semin. fęnu Greci, ℥. ii. *citri* ʒ. iv. Sennę vnc.*ß.* f. Decoct. Colaturæ ℔.i. adde Mel. roſat. ℥.i. ol. Camomel.vnc. i. benedict. laxatiu. ʒ.iv.Succi betæ vnc. i. m.f. Clyſter.

Lienteriam curari deſignat *Sennertus in Prax.* à ſequ.Electuario à Citro condecorato; ℞. Conſer. roſar. antiq.vnc.i. Diacidon.cum. ſpetieb. *Cortic. citri cond.* ana. ʒ.ii ſpet. aromat. roſat. ℈.i. diarhodonabbat. trochiſ.de ſpodio, de Carab. Coral. rub. pp.ana.℈.ß. Tunicæ internæ ſtomaci Galinæ pp.℈.i. m. & cum Syrup. mirt. & de Mẽta f. electuario. S. A.

A' Diſenteria poſſe liberari aſſerit *Rolfincius in Conſult.* ope Citri, quem in ſequenti laudat remedio. ℞. Conſer. roſar vet. ℥. iii. Cond. cydonior. ℥. ii. *Cortic. citri*, & aurantior. ana. ℥. i. croci mart. adſtringent ℈. ii. Coral. perlar. pp. ana. ℈. i. ol. Ceræ ℈. ß. Syr. Cidonior. q. s. m. F. elect. S. A.

Liquorem ſequentem ideòque Citrum comendat *Sënertus* in Diarrhea ℞. Vini Granator. acidor ℥. i. *Succi Citri* ℥. ß. iulep. roſat. ℥. i. Aqu. Plantagin. tormentill. Caudæ equin. ana. ℥. iv. m.

Me legiſſe recordor apud *Thom. VVilliſium*, Citrum noſtrum conferre ad curam Colicæ paſſionis, dum ab ipſo ſequens comendatur remedium. ℞. Conſeru. Cariofilor. ℥. i. Confect. de hiacint. Alchermes ana. ʒ. ii. margar. pulu. ʒ. i. ß. *Syrup. è ſucco Citri* q. s. f. Confect. & detur quant. nucis moſcatæ ter in die.

Militem ſanatum vidi ab illiaca Paſione ſequenti Emulſione ℞.

Hor-

Hordei mundat. ad crepat. coct. ℥. i. *ſs.* amigdal. dulc. ſem. papau. albi ana. ℈ ix. aqu. decoct. hord. ℥. xv f. emulſio, cui adde *Syrup. Acet. citri* ℥. *ſs.* Aquæ fænucul. *totius Citri* ana. ℥. i. m. hæc autem ſumebatur ad plures dies.

Lumbricos fugare ſcribit *Sennertur in Prax.* ſequens remedium citro imbutum ♃. *Pomum. Citrium paruum*, excaua tantam partem quę capiat Theriacæ ℈. ii. aloes ℈. i. croci gr. vi. Aſſa pomum, & ſucū exprime, quò regio Ventriculi, & Vmbilicus inungantur.

In obſtructione tam hæpatis, quam lienis optimum eſſe Citrum ait *Riuerius*, ſequens laudando pręſidium. ♃. Conſer. flor. tamariſci, Capil. ven. ana. ℥. i. ß. Conſ. radic. enulæ camp. dr. vi. Chalib. pp. cum ſulfure vel aceto ℈. iii. Sal. tamariſ. ℈. ili. Spirit. vitrioli ℈. ß. cum *Syrup. conditura citri*, fiat opiata de quà capiat drac. ii aut iii. ſingulis diebus.

Citrum ad hydropis curam conducere

ducere monet *P. Barbeta*, & cum eo *Frideric. Dekers not. in dictum Barbet.* ſequens præſcribendo remedium ℞. rad. ireos noſtrat. petroſel. Enul. Campan. ana. drac. iii. Cortic. med. ſambuci, fol. Eupator. canabin. ana. m. i. Soldanel. m. ß. bacc. iunip. vnc. i. Semin. Fœnicul. dulcis, Cinamom. acut. *Cortic. citri* ana. drac. i. ß. conciſa, & cõtuſa inſuantur ſaculo, & cum pint. iv. vini renan. per quatriduum infund.; huius ter de die ad vnc. iii. inſtilatis Spirit. Sal. Amoniac. gut. vi. aſſumere debet Hidropicus ſanandus.

Icteritiam flauam, & nigram quoque fugare Citrum in ſequenti aſſumptum medicamine ait *Pomp. Sachius in Conſilijs*. ℞. Extract. Cortic. tamariſ. Succi Abſint. condenſat. ana. ℈. i. Salis Abſintij imbibit. Spirit. Vitriol. dulcific. ℈. *ſs.* bezoart. mineral. gr. viii. Croci Mart. gr. x. Spir. fuligin. vel C. C. gut. v. *ol. citri* gut. ii. m.

Contra dolorem nephriticum

Frid.

Frid. Dekcers comm. in P. Barbet. laudat Citrum in ſequenti remedio. ℞. Aqu. mentæ *Cortic. citri* ana.vnc.i.*ſs*.aqu.Vitę Math.vnc.i. Laudan. opiat. gr. iii. ſperm. Ceti ℈. *ſs*. ol. cortic. aurantior, macis ſtilat. ana. gut. iii. Spirit. nitri dulc. gut.xv. Syrup. fænic.vnc.i.m.

Sequentem Emulſionem à noſtro fructù condecoratam in Curatione Strangurię laudat *Cl. Volfang. Hoferus in Medic. familiar. pag.* 47. ℞. Aqu. ſaxifrag. Cicor. petroſ.ana.vnc. iii.fænicul.vnc. ii. Sæmin. 4.frigid. maior. petroſelin. *citri.* ana. ℈. i. Amigdal. dulcium ℈. iv. m. f. emulſ. cui adde ocul. Cancr. ℈. i. Spet. litontript. ℈. ii. Syrup. de 5. rad.vnc.i. *ſs.* manus Chriſti Simpl. q. s. m. fiat mixtura ad Vitrum.

Calculos frangere; expelere,ac ab eis præſeruare docet *P. Sachius l. c.*Citri virtutem, dum in ſequenti medicamine vſurpetur; ℞. Aq. Abſint.vnc.iii.*ſs*. Cremor. tartar. drac.ii.rad, Ari ſubt.puluer.drac.i.

Syr.

Syr. de Corticib. Citri ℥. i. ß. m.
Spiritus ſequens antiſcorbuticus à Citro nobilitatus valde comendatur in Scorbuti Cura à *Frid. Dekers loc. ſup. cit.* ℞. Cortic. Fraxin, Rad. tamariſ. rad. Fraxinel. rad. Capar. ana. ℥.i.ß. Polipod. querc. vnc.ii. raſani Silueſt.vnc. iii. Herb. Coclear m. iv. naſtrut.hiemal. becabung. Acetos Scolopendr. ana. m. iii. baccar. Lauri, Iuniper. ana drac. vi. Sumitat. Centaur.minor. pug.iv.Stercor.anſeris vnc.i.*Semin. Citri*, Sinapis, Card. bened. ana. vnc. ß.Cariofilor. Zinziber .Cinamom. nuc. moſcat.ana. drac. iii. Conciſa, ac contuſa digerantur in arena tepida cum Vin. Galic. ℔. viii. & Spirit. Vini ℔. iii. per triduum poſtea deſtil. ex arena per alembichum.
Prò Chachexia ſequentem Saculum format *Volf. Hoefer. in Apend ad Hercul. Medic. conſil.* v. *Cortic. Citri* radic.Cicor. recent.ana.dr.ii. Calam. arom. ℈.iii. flor. roriſmar. pug. i comar, card. bened. Cen-
taur.

taur min. Abſint. ana. pug. ii. m. inciſ. & contuſ. f. Sacculus cum Seric. alb. &c.

Hemoroidalem fluxum, atque Dolorem in muliere quadam quadragenaria fugaui huius Vnguenti applicatione ℞. Vngu. delinar. vnc. i. Adip. ranar. vnc. ß. ol. ouor. ℈. iv. *ol. citri* drac. i. m. intingatur linteolum, & aponatur calid. loco dolenti.

Morſulos ſequentes in melancolia hipocondriaca laudat Clar. *Rolfincius in ord. ac meth. medic. ſpec. pag.* 115. adeoque Citrum extollit. ℞. *Cortic. Citri conditor.* aurantior. nucis moſcat. in india cond. ana. drac. ii. Cinam. elleɫ. nucis moſcat. cariofilor. ana. ℈. i. macis, Ligni aloes, ſandal. Citrin. ana. ℈. ß. Spec. diambr. diarrhodon. abbat. ana. ſcr. i. trociſc. de Eupator. abſint. ana. ſcr. ß. Conſeru. anthos vnc. i. Saccari albi in aq. roſ. & Cinamom. ſolut. ℔. i. ol. Cariofilor. gr. ii. m. f. morſuli S. A.

Ad alui obſtructionem tollendam

dam ſequens præſcribit remedium *Cl. Hoefer. in medicat. familiar. pag.* 241. ℞. *Syrup. acetos Citri*, Coralor. rub. Idei, flor. tunic. ana. ʒ.vi. Aq. Ceras nigr. *e Cortic. citri* ana, ℥. ii. ß. roſar. ℥. ß. Spirit. Salis q. s. ad ſuauem acorem M.

Teneſmum. curare Syrupum ſequentem ait *Fontanonus de Cur. morb. lib.* 3. ℞. *Syrup. de acetoſitate Citri*, de ſucco oxalidis, de Ribes ana. ℥ i. ß. liquor. ſtilat. ninfeę, intyb. ſatiu. latior. oxalidis ana. ℥. iii. m. f. Iulap. depuratum, & add. Santalor. Citreor. ʒ. ii vt fragrantius reddatur.

De Vsu Citri in Morbis Mulierum.

CAPVT IV.

AD particulares Fæminarum morbos curandos Citrum concurrere docent Practicorum Multi, vt in ſequentibus patet. Fędum enim Virginum Colorem citrium

trium malum fugare monet *Sēnertus Pract. lib.* 4. dum Sequentem prȩſcribit potionem ℞.Radic.aperient. ℥. i. rub.tinctor.ering. ireos, agrimon. *Cortic. citri ſiccor.* Salſæ paril. ana. ℥. ß. Artemiſ. agrimon. Camedrios ana. m. i. Sabinæ pug. ii. Semin.Cartam.excor.vnc. i.fol. ſennæ ell.vnc.ii. mechoacan. Agaric. ell. ana.vnc.ß flor.ſtecad. Arabic. pug. ii. Sæm. fænicul. Aniſi, Galangæ ana. ʒ. ii. Coqu. ad remanent. ℔. i. ß. dulcoret. ſachar.f. Pot. clarificata, & aromatiz. aq. Cinamom. ʒ. iii.

Contrà menſium ſuppreſſionem Citrum valere docet *Frid. Dekerſ. not. ad Barbet.* in ſequenti remedio. ℞. Aloes lucid.vnc.ß. Myrrh.rub. Gum. ſagapen. acet.ſcilit. ſolut. ana. ʒ. i. ß. Sal. Amoniac. extract. elebor. nigri, Radic. Gentian. ana. ℈. i. Croci,tartar. vitriol. ana. ʒ. *ſs.* ol. Stilatit. Macis, *Cortic. citri* ana. gut. iii. cum Elixir. Propriet. Paracel. q. s. f. maſſa Pillularis, & Doſis ſit à ℈. i. ad. ii.

Ad

Ad fluorem album, citrum conducere, curandum iudicat *Fontanonus*, dum ſequens laudat Electuarium. ℞. pul. Triferæ magn. s. o. pul. diambr. pul. pliris cum moſco; pul diaſatirion. ana. ℈. iii. Scobis Eburneæ, ſemin. Linozoſtidos ana. ℈. ii. ſemin. Aniſi, ameos, Cortic. Libani, ana. drac. ß. Spicæ nardi ℈. ii. ſaccar. diſſolut. in aq. ſtilat. meliſofil q. s. adiectis *Cortic. citri ſaccar. condit.* conſeru. flor. roriſinar. ana. vnc. ß. F. Elect. S. A.

Ad Cathameniorum nimium fluxum cohibendum iuuare Fructũ noſtrum aſſerit *Clariſſ. Hoeferus in Medic. familiar. pag.* 192. dum ſequens laudat remedium ℞. *Conſer. citri* vnc. i. ß. roſar. veter. vnc. iii. boli armen. pp. ℈. ix. nucis moſcat. incis C. C. pp. Croci Martis ana. ℈ iv. cum Syrup. de papau. m. f. opiata inuolu. fol. Auri.

In furore Vterino optimum eſſe citrum narrauit mihi *Excellentiſs. Io: Baptiſta Iuſtinus, dum viueret Præceptor meus dilectiſſimus*; nam

iura-

iurabat ipſe Adoleſcentulam filiã cuiuſdam Pictoris Annor. 17. ſe curaſſe à furore Vterino ſequenti remedio ℞. ſumitat. Viticis folior. lactucæ, ſalicis, flor. Viol. ninfeæ ana.m.i.*Cortic. citri ſic.* vnc. i. coq. f. Potio in aqu. Lactuc. quæ aromatizet. ſem. coriandor. & dulcoretur ſaccaro; cui ſub fine adde Canforæ drac. i.

Ad abortum præcauendum ſequens laudatur remedim à *Sennerto* ℞.Conſ. roſ.vnc. ii. Saluiæ vnc. i. *Cortic. citri cond.*drac.vi.mirabolan chebul. cond. pulp. dactil.ana. vnc.ß.marg. pp. ℈. i. magiſter.Coral.drac.i.m.cum Syr.Cidonior. f. Electuarium S. A.

Vteri procidentiam curauit *Dominus Hippolytus à Monetis Fautor meus honorandus* ſpongia ſequenti humore imbuta, & impoſita loco affecto; ℞. Herb. plantag; equiſeti, ana, m. iv. flor. camomil. m. ii. roſ. rub.m. i.*Cortic.citri ſiccar.* vnc. ii. m. inciſ. & coqu. cum dimidia parte Vini, & aquæ,

Paſſio-

Paſſionem hiſtericā fugauit *Claudinus Empiric. Rational. lib.* 4. ſequenti linimento ℞. ol, Iaſmini, *Flor. citri* ana. vnc. i, belz. vnc. ß. moſchi gr. iii. Ambræ. gr. ii. m. prò linimento Et ego epilepſiam vterinām in Conuentu S. Margaritæ Vrbis noſtræ multarum adoleſcentularū curaui ſequenti bolo ℞. pul. Caſtor. gr. vii. Sal. Artemis ℈. *ſs. Spirit. citri* gut. v. conſeru. borag. q, s. m. f. Bol. aur.

In malacia, & pica Grauidarum Citrum noſtrum laudat *Io: Doleus in Enciclop. med.* dum ſequens præſcribit Cataplaſma ℞. *Cortic. citri* Acaciæ, Calam. arom. ana, vnc. *ſs.* fol. meliſſæ m. ii, coqu. in Vino contuſ. add. ol. nardin. Maſticin. ana. part. equal. cum mica panis furfurac. f. Cataplaſma, quod Vētriculo calidè imponatur.

Ad Grauidarum vomitum ſedandum Citri potentia ſe extendit vt monet *Claudinus loc. ſup. cit.* ſequens dum laudat præſidium ℞. Aniſor. *Cortic. citri*, Cinamom.

ana,

ana. ℥.i.*ſs*.Roſar. rub. Coral.margar. pp. ell. de Gemmis ana. ℈.i. m.& cum ſaccaro diſſolut. in aqua chalibeata f. Rotul. ℥.iii. prò qualibet.

Hydrope Vteri affectam iuuenem, ſe Liberaſſe vsù Citri mihi affirmauit *Petrus Dominicus Voltolina Medicus Ferrarienſis Fęliciſſ. ac Amicus meus Suauiſſimus*; ſequens enim adhibuit remedium ℞.folior. ſemperuiu. portulacæ, lactucæ, Vmbilici Vener. vitis, ana.m. *ſs*. *Cortic. citri ſiccor.* ℥. vi. coqu. ad moliciem in Vino auſtero, & contundantur; Contuſis adde Farin. hordei vnc.ii.balauſt.℈.vi.bol.Armen.℈.iii. f.Cataplaſma, cui ſi libet ol. roſar. addi poteſt.

Sterilitatem tollunt ſequentes Rotulæ Citro ornatæ, ſi *Claudino* credamus ℞. Trifer. mag. s. o. Diambrę, Diamargar. Calid. Diaſatir. ana. ℈.i. ß. Raſuræ eboris ſemin; Mercurial. Coagul. Leporis, Matricis eiuſdem ana.drac.*ſs*.ſeſeli ℈.*ſs*. Saccari ℔.*ſs*.Diſſolu. ſaccar.

aqu.

aqu. apiaſtri, & cum fuerit coctũ adde *Cortic. Citri condit.* ℥. i. Conſeru. Anthos ℥. ß. m. & f. Rotul. pendent ʒ. ii. prò vna.

Proprios quoque Virginum, Monialium, Viduarum, & aliarum affectus ſcilicet Capitis Dolorem, Melancoliam, Anxietatem, nauſeam, Cordis palpitationem, Suſpiria, tollere Citrum monuit *Claudinus* dum ſequens comendauit remedium ℞. Mirabulan. omnium craſſo modo contuſor. & manibus cum ol. amigd. dulcium confricator. ana. ℥. ß. Aqu. Fumar. ℔. xiv. m. & infund. per horas 24. bulliant ad tertias; deinde adde Elebori nigri drac. ii. ß. Glyzirizæ, Polipod. drac. ii. *Semin. Citri* ℥. i. ß. buliant quoſque remaneat ℔. v. quibus adde fol. senę, Epithymi ana. vnc. i. Bull. quouſque remaneant ℔. iii. Colat. ℞. Colaturæ vnc. ii. Saccar. roſar. vnc. i. Aqu. Cicor. vnc. ii. m. prò vna vice.

De

De Vsù Citri in Morbis Puerorum.

CAPVT V.

IN cruſta lactea, achoribus, & Fauis Puerorum citrum noſtrum comendat *Sennertus*. dum ſequens præſcribit ellectuarium. ℞. Conſ. borag. bugloſ. Viol. Fumar. Cicor. ana. ℥. i radic. Cicor. cond. *Cortic. Citri cond.* ana. ℥. ß. ſpec. diarhodonab. Diamargarit. Frigid. C. C. pp. ana. ℈. i. cum Syrup. tunicæ F. Electuarium S. A.

Ad puerorum ani procidentiam ſanandam fęliciter vſus fui ſępè ſequenti decocto ℞. Roſar. rub. balauſt. nuc. Cupreſſ. *Cortic. Citri ſicc.* Granator. ana. ℥. ß. Sumach. Thuris Maſticis ana. ʒ. ii. Coqu. in Vino auſtero, & ſpongia decocto hoc madida anus foueatur.

Puerorum Lumbricos fugare ſequens remedium ait *Sennertus tractatu de infant. morbis cap.* 23. ℞.

Aqu. Graminis ℥. iv. *Syrup. Aceto*ſ*it. Citri* ℥. i. violati ℥. ß. Spirit. Vitriol. gut. iii. m. & exhibeatur iſtius liquoris Coclear. vnum.

Mihi narrauit *Excellentiſs. D. Franciſcus Iuſtinus Amicus meus dilectiſſimus Filius non indignus D. Io: Baptiſtæ Præceptoris mei amatiſſimi, cum eſſet in Viuis, qui tanti Patris veſtigia ſequens fæliciſſimè Praxim medicam exercet, iuuenis quidẽ ætate, ſed ingenio, ac Prudentia Senex.* hic mihi, inquam retulit; ſe elapſis diebus, infantem ab Hernia ſanaſſe ſequenti Cerato à noſtro Citro cõdecorato; ℞. nuc. Cupreſſ. ʒ. ii. balauſtior. pulu. radic. conſolid. Maior. Perfoliatæ herniariæ, ana. ʒ. i. *Cortic. Citri ſiccat. & pulu.* ʒ. i. ß. bdelij ʒ. i. boli Armen. ʒ. ii. Sangu. dracon. ℈. iv. picis Grecæ ℥. ii. reſinæ Pini ʒ. vi. cum terebint. cera, & ol. ouor. F. S. A. Ceratum.

Vomitum in Pueris pluries ſedaui. exhibitione ſæpe facta *Syr. de Cortic. Citri* S. M. ad coclear. i.

Ad

Ad relicta veſtigia,& ſuperſtites cicatrices Variolarum tollendas multa laudantur à Medicis remedia; verum precæteris mihi valdè placet illud citro imbutũ à *Isbrand. Diemerbroekio* præſcriptum. ℞. radic. Lilior. albor. ℥. ii. radic. Ari, vel ſerpentar. ℥. i. *Malum Citrium in Fruſta diuiſum* num. 1. furfur. macri m. i. aqu. q. s. Coquantur prò lotione faciei tepidè mane, &c. Variolas autem expellere tradit ipſe *Diemerbroekius tractat. de Variol. cap.* 10. ſequens Conditum. ℞. Pul.liberantis ʒ. i. C.C. vſti ʒ. ß. *Cortic. Citri condit.* nucum iugland. cond. Conſer. flor. Lauendul. ana ʒ. vi. Syrup. nucis iugland. q. s. miſce, fiat conditum S. Artem.

De Vsù Citri in Febribus, Peſte, Lue Galica, &c.

CAPVT VI.

NEque credas *Lector Amice*, viribus iam ſuprà allatis Citrum noſtrum ſatiari, & debelandi Febres potentia priuari; nam, & fuga ndi febriles æſtus virtutem tenet Fructus noſter, quemadmodũ fusè demonſtrauit *Clariſs. Hieronymus Nigriſolius Ferrarienſis noſter in ſuo Progymnaſmate ſecundo*, in quò propriè agit de Vsù Citri, in Febricitantibus, & Puerperis; nam cum aperiant, atenuent, & incidant Citrei ſucci, idcircò in Febribus iuuabunt; Hinc *Clariſs. D. Frider. Dekers com. ad P. Barbet.* Mulierem à Febre intermitente ſanauit ſequenti remedio noſtro fructù imbuto; ℞, Aqu. Mentæ ℥. ii. *Cortic. Citri*, Fænicul. Theriacal. Simplic. ana. ℥. i. Salis Absint. ʒ. ß. bezoartic. Mineral. ℈. i. Spirit

rit. ſal. Amoniac.gut.xxv. laudan. opiat. gr.iii ol.Mentæ ſtilat. gut.ii. Syr. card. bened. ℥. i. m. ſubinde huius liquoris coclear vnum, atque alterum aſſumatur.

Contrà Febrem tertianam *Volfang. Hofferus in Medic. famil.* ſequens laudat Præſidium. ℞ *Syrup. Acetoſit. Citri*, Coralor. Viol. ſimpl. ana.vnc. ß. Spirit. Vitriol. ℈. ß, m.

Inter cætera quæ laudat pro ſananda Hectica Febri *Frid. Hofmanus* mihi placet Aqua iſta poſita in ſuo Theſauro Pharmaceutico; quam Aquam Citrus noſter exornat ℞. Aqu. Viol. ℔. iii. flor. & fol. Saluiæ, ſeri lact. caprin. depurat. per ſuc. limon. ana. ℔. ß. Pulmon. Vituli num. iv. Hepar. eorundem num. ii. Carnis Caponum iunior. contuſ. nu. ii. Hepat. Galinar. num. xii. Pulmon. Vulpis recent. num. ii. incid. omnia minutim, & deſtilla aquam S. A. in B. M. huic aquæ adde ſanguinis Porcelli anni dimidij ℔. ii. ß. lactis

Aſſin. capril. ana. ℔. ii. Succi depurati Pulmonar. primæ Mathiol. Auriculæ Muris, botryos, ana. m. iv. Caudar. Cancror. fluuiat. nu. xxx. Limac. è ſuis teſtis extract. num. xx. flor. roſ. rub. Hordei cũ cortic. ana. pug. vi. Pom. dulc. n. xii. flor. Viol. boragin. ana. pug. vi. *Mal. Citri* Aurant. ana. num. i. radic. conſolidæ maior. altheæ, chineæ ell. minut. inciſæ, liquirit. ana. ℥. iv. Santal. rub. ℥. iii. micæ panis alb. ℔. i. ß. Pinear. mund. rec. piſtac. ana. ℥. v. Medullæ nucis indicæ ℥. iv. Spet. diamargar. frigid. Calid. ana. ℥ ß. Croci ℈. ii. infunde omnia in ſuprà dicta aqua Magiſtrali, & deſtilla S. A. Doſis huius poſtea eſt ℥. ii. ad iv. cum Iulep. viol. ℥. ß. & gutt. ii. Spirit. Sulfuris.

Malignam febrem tollere Citrũ in ſequenti remedio ſumptum docet *Hoeferus loco cit.* ℞. Syrup. de Papau. erratic. *Acetoſit. Citri* rub. Idei ana ℥. i. Aqu. Plantag. Viol. Flor. tiliæ ana. ℥. ii. Spirit. Vit. q. s. ad acorem. M.

Aqua

Aqua Bezoartica Cl. *Franciſci Sancaſſani Saxolenſis* ol. Celſiſſ. Sablonetæ ducis in Bozulenſi Vrbe Archiatri famigeratiſſimi ℞. Succorum Scordij, Melliſſæ, Acetoſæ, Rut.Capr. ana. ℥. iv. Aquarum Scorzoneræ, Card.Ben.,Rut.Cap. *Succi Citri* ana. ℥. iii. Vini Maluatici, Aqu Ardent: ana. ℥. i. ß. Dictami alb. *Semin. Citri contuſ.* Card. Bened. ana. ℥. ß. *Cortic.Citri* Theriacæ opt. ℥. i. ß.

Digerantur omnia B.M.in Vaſe optimè Clauſo per horas xxiv.poſteà deſtillentur. Indè fæces aduratur f:ſal: aq: miſc: Doſis eſt ℥.ß.

Miræ huius Aquæ ſunt virtutes infebribus Mali moris, puncticularibus præcipuè Epidemicè graſſantibus, nec non Autumnalibus, ex prægreſſæ ob Eſtatis calorem euaporatis ſpiritib. effœtà Cruoris Craſi hoc cõmunicante, Auctoris filio *Dionyſio Andrea Med.* nunc *Gazoli ad Olium*, & *Amico meo Colendiſſimo*.

Peſtem fugare Fructum noſtrũ

D 4

ait *Thom. Burnetus in ſuo Theſauro Medicinæ tom.* 2. dum ſequens laudat remedium ℞. Confect. de nucibus (quam vide Lector ſi curioſus es apud *Foreſtum*) ℥. i. ß. Theriac. antiq. & Mitridat. ana. ʒ. ii. boli Armen. veri, terræ ſigil ana. ℈. ß. cum *Syrup. de Corticib. Citri* q. s. f. mixtura.

Venenis etiam obſtare Citrum didici à *Iul. Ceſar. Claudino in Empiric. rational. tom.* 2. *pag.* 329. dum ipſe ſequentem præſcribit Potum; ℞. Decoct. cord. fact. cum infuſ. ſenæ ℔. ß. Agarici trociſc. Rahabarb. elect.& pulueriſ. ana. ʒ. i ß. *Semin. Citri contuſ.* Scordij ana ℈. ii. m. infuſ. per 12. horas deinde f. fort. expreſſ. adde Trifer. perſic. ʒ. v. Syr. roſ. ſol. ℥. iv. m. prò Potù.

In lue Gallica, quam nõ eſſe morbum nouum egregiè probauit Illuſtriſs. Patinus Patr: & Amicus meus maximus, comendare ego poſsum Citrũ dum vidi multos ſanatos vſu Decocti ſequentis, quod *Zechij* dicunt

cunt multi ℞. Mirabulanor. omnium detrit. ana. ℥.ß. infund. in ℔. vi. Seri Vacini per horas 24. deinde adde Epitimi Polipod. ana.℥.ß. fol. Senæ ell. vnc. i. ß. Cortic. elebor. nigr. ℨ. vi. Sonchi. m. i. Salſę parill: pp: vnc: iv. Cortic: Guaiac. contuſ: vnc: iii. buliant ad consũpt: tertiæ partis, & in ebulit: Adde Semin: Coriand: pp: ℨ. i. *Citri contuſ*: ℨ: ß: quattuor ſemin: frigid. ana: pug: i. ß: bull: iterum leui ebulitione, poſtea refrigerato decocto in vaſe obturato ſeruetur per horas x. tandem facta forti expreſſione collet. Huius capiat Æger per vices, & Doſis varietur iuxtà ætatem Patientum, quod ad Medicorũ prudentiam remittitur.

In Gonorrhea Citrum comendat *Sennertus in Prax.* ſequens prę-ſcribendo remedium ſcilicet ℞. Radic. helenij, Fænicul. Apij, Cicorei, bugloſ. ana. vnc. i. fumar. m. ii. borag: Viol: Scolopendr. Capil: ven. Sumit: Lupul: herbæ paraliſ. ana: pug: i. Chamepythios,

ſtæcad: ana: vnc: ß. Sæmin: fœnicul: ʒ: iii: Citri ʒ.ii. omnia infund: per diem, & noctem in s. q. aqu: pluuial: & Fumar: quibus poſtea addantur mirobal: chebul: indor: citrin: ana: vnc: ß: folic: ſennæ, epitim: polipod: quer: gliziriz: ana: vnc: i: Cortic: elebor: nigri: ʒ: ii: rahabarb: ʒ: ß: ſchenant: ℈: i: Poſtea coquantur, & collentur; Fiat Potus longus per ℔: ii: Addendo Syr: inful: roſ: vnc: i: de Fumar: vnc: ß: Saccar: q: s: ad dulcedinem.

AdElephantiaſim curandam facere Citrum docet *Io: Hartman: in Praxi chimiatr*: dum ſic ait. In die aſſumat Æger alchool ſerpentum cum Sacharo mixtum, cum conſeru: roſar: *Cortic: Citri*, & flor: ninfæe f: opiat: cui add: guttas aliquot Auri potabilis anglici, aut ſepæ exhibeatur mitridatum cęleſte Quercetani.

De

De Vſu Citri in Affectibus Externis.

CAPVT VII.

INter cetera, quæ comendat in curatione Arthritidis vagæ ſcorbuticæ *Clar: Valent: Andr: Molembrocius*, mihi maximè placent Duo hæc ſequentia remedia; Primum ſumitur ex octauo capite ſui tractatus *de Varis, ſeu Artrit: vag: ſcorbut:* & eſt elixir Citri purgans *Domini Michaelis*. quod ſic paratur. ℞: Rad: Ialap: ℔: i: ß: ſemin: cartam: ℔: i. Gumm: de Perù, Scamon: roſat: ana: vnc: ß: Extrhae elixir Citri, adde aliquid Aquę Cinamomi, & *Syr: è ſuccò Citri* ac Doſis ſit ʒ: iii: Eſſentiam pariter Citri laudat, quæ tali modo fit; Reſcinde flauos Citri Cortices ſubtilliſſimè, relictam pulpam pone ſuper fornacem ad ſex, vel octo dies, deinde exprime ſuccum, & deſtilla per cucurbitam, exibit ſpiritus, vini ſpiritum æmulans, quem ſuperaffunde corticibus, extrhaet

tincturam flaueſcentem, palato, & oculis iucundiſſimam; Corticibus, ne interea temporis pereant inſperge parum Aquæ Citri, vel roſarum; Alterum remedium exhibet iſte Auctor in cap: 15. eiuſdem tractatus, & eſt ſequens Aqua quæ externè adhibetur; ♃: Cinamom; Cariofil: Cubebar: nuc. moſchat; Galang; Zinziber; Cardamom;, Maſtic; ladan; Zedoar; *Cortic: Citri*; Aloes æpatic; oliban; baccar: laur: Herbæ Melliſſæ, Mētæ, Maioranæ, Matricar; Serpil; Origan, Puleg; Saluiæ; Chamepit; Chamedr; Florum, Anthos; Lauendul; Camomel; roſar: alb: rub; Pæon; Sanbuc: Cheiri, Stecad; Saſſafras; Semin; Aniſi, Anet; Piper: longi; Nigri; Radic: filicis, Cariofilatæ; Croci: ana: ʒ: ii: Inciſa, & contuſa infundantur in ℔. vi. Spirit: Vini optimi, poſtea deſtilla in B: M: & adde Moſchi, Ambr; ana: gr: iii. Sachar: clarificat: q: s: Vſui ſeruetur in Vitro benè munito.

Ad Artritudem pariter fugandā etiam

etiam non ſcorbuticam; *Hartmanus* Citrum comendat; dum ſcribit; maximo perè procorroboratione naturæ in Arthritide valere Magiſterium perlarum, à *Riuerio* plurimo cum fructù preparatum, & exhibitum hoc modo; Perlas reduce in puluerem impalpabilẽ, quemadmodùm aliàs redigi ſolent vulgariter Margaritæ pp: his in vitro ſuperfunde *Succi Citri recentis* q: s. vt fiat inſtar Paſtæ;relinque aliquandiù poſtea ſolue cum Aceto, & remoto aceto per inclinationem à fæcibus aliud affunde, donèc Perlę ex toto fuerint ſolutę; Collectum Acetum miſce, cum tertia parte aquæ fluuiatilis; deſtilla per retortam ex igne Arenæ,primùm igne lento, poſteà fortiori; deſtilatum reafunde capiti mortuo reſtitanti, & viciſsìm ſolue,poſtea cola per filtrum, euapora admodùm lentè, & reſtabit Perlarum Magiſterium, & huius ℈. i. ad ſummùm ſumatur ieiuno ſtomacho.

Scabiem Citrum tollere tam in-

ternè, quam externè apparet; primò internè ex *D. Hoeferi Medic: familiar: pag: mihi* 171: Sequentem enim puluerem laudat iſte Auctor ℞: Sem: Aniſi, fænicul; ana: vnc: iv: *Cortic: Citri* vnc: ß: Saſafras vnc: i: ß: Salſæ paril; radic: Chinæ ana: vnc: i. Santal: rub: polipod: ana: vnc: ß: Cinamom: ʒ: x: Incindantur minutiſſ: & m: ad chartam, Externè comendatur Citrus in Scabie à *Pharmacop: Auguſtana* dum ſequens præſcribit remedium ℞: Stirac: liquid: vnc: i. Terebint: lotæ, Butiri loti ana: vnc: ii: *Succi Citri*, vel Limon: vnc: i: ſs: Ceruſę lotę vnc: i: Salis vnc: ii m: fiat S. A. Vnguentum.

Infantem ego elapſis diebus curaui Aphtis, hoc eſt vlceribus oris, & gingiuarum albicantibus laborantem, ſępe inungendo hoc remedio ℞: *Syrup: è Corticib: Citri* S. M: è roſis ſicis, melis roſ: ſimpl: ana: ʒ: i: ſs: maſtic: ell: pulu: ʒ: ſs Spirit: Vitriol: gut: iv: m:

Ad Plicam curandam citrum no-

noſtrum concurere docet *Io: Prenotius* referente *Sennerto in Prax lib*: 5: *part*: 3. *ſect*: 2: dum ſequens preſcribit Electuarium ℞: Conſeru: Coclear: Betonic: Saluię, Cicor: Chamedrios, Camepitios, *Cortic: Citri. cond*: rad: Condit: Scorzoner; rob: Iuniperi, Confect: Alchermi; Syr: Boragin: *Acetoſ: Citri* ana: p: eq: f: Electuarium. Seqhentem pariter mixturam comēdat ℞. rob: Iuniper: vnc: ii: extract: calam: aromatic: ℈. i: Croci ℈. *ſs*. Conſeru: Coclear: vnc: iii: fumar: acetoſę, ana: vnc: i: *ſs*: *Succi Citri rec*: vnc: iv: aqu: Scorbuticę vnc: vi. Coclearię vnc: iv: Cinamomi vnc: *ſs*: Stent in digeſtione poſtea colentur.

Brachij vlcus in Matrona curauit *Hoeferus* ſequenti medicamine, à fructu noſtro ornato; ℞: fol: ſennę ell: ʒ: vi: pulpę tamarind: rahabar: Cremor: tartar: ana: ℈: iv: paſul: min: ʒ: vi. macis ℈: i: f: Decoctum cum Aqu: Fumarię ſtent in infuſ: per noctem, mane repetatur

coctio ad ℥:in colat: diſſolue mannę vnc: i: ß: pul: Ialapę, Chriſt: tartar: ana: ℈: *ſs*: m: f: Pot: pręmiſſa hac potione. ℞: chinę optimę ℥: vi: Salſę paril: ligni ſaſafr: ana: vnc: ii: *ſs*: infunde inciſa in aqu: font: puriſs: feruentis ℔: viii: hora 24: ſtent in loco calido, de in coqu: ad dimidias ferè; colatura detur in Vaſculo mundo; & ſummat quotidie vnc: vi: prò ſudore eliciendo, interponat vnum Diem, & repetat purgationem. ℞: Remanentias decocti; adde ſaccari comun; vnc: iv: Aqu: Fontan: ℔: xvi: coqu: ad remaneat: ℔: i: *ſs*: in fine addendo *Cortic: Citri extim*: vnc: i: Cinamō: drac: vi: ſeruetur prò Potù ordinario.

Fœdam in Puella Phtiriaſim, hoc eſt morbum ſęuum Pedicularem fugaui lotione ſequenti, quam Citrus ingreditur. ℞: Lupin: amaror: pug. iii: Semin: Staphilagrię pug: ii: *Cortic: Citri ſiccar*: vnc: i: Fiat decoctio in Aceto accerrimo, quò decocto vniuerſum corpus à capi-

te

te ad pedes vſque lauabatur.

Contrà lentigines citrum laudat *Sennertus Pract: lib: 5. Part: 3: ſect: 1: cap: 3:* dum ſequenti vtitur remedio: *℞:Vnguent: Citrini recent:* vnc: iii: amigdal: dulcium diutiſſimè piſtatar: farinę fabarum ana: drac: i: oſſis Sepię, C: C: farinę hordei ana: drac: ii: Incorporentur cum mele, & miſceantur.

Ad Ambuſta curanda membra fęliciter Ruſticus vtitur ſucco Citri, & omnes maculas cutis iſto ſucco appoſito dellet.

In Eriſipelate,refrigerãtes emulſiones, *Syr: acetoſit: Citri,* cum ſpirit: Vitriol: comendat *Hoeferus in ſuo Ercul: med: lib: 5: cap: 1:*

Volaticas, ſeu impetigines ego pluries curaui, & preſertim in vna Famula Domus meæ, quæ Volaticis ſæuis in manibus laborabat; ſolo *ſucco Citri* appoſito, & ſæpè adhibito; Arcanum enim expertum eſt prò impetigine *Citri*, vel Limonum ſuccus.

Legiſſe me recordor apud *Sennertum*

nertum Prax: *lib*: 5: *part*: 2: præter alia remedia, quæ à practicis adhibentur in curandis Gangrenis, & ſfacellis, valdè comendari ſequens remedium, ℞. Conſ: choclear: vnc: iii. Saluiæ vnc: ii: ſpec: diaxiloaloes drac: i: *Cortic: Citri condit*: vnc: *ſs*: rob. iuniper: drac: ii: cum Syr: Betonicæ f: Ellectuarium ſecundum Artem.

A' Pernionibus, non ruptis tamen in Pedibus, ac manibus multos liberaui ſolo ſpiritù vini optimo cum paululo *Spirit*: *Citri* appoſito ſępe; hoc enim remedio *Clarã Vxorem meam dilectiſsimam* hiberno tempore liberam à Pernionibus facio.

In fiſtulis curandis locum habere poſſe Citrum noſtrum mihi dixit Chirurgus quidam italus, qui multas curaſſe fæliciter fiſtulas iurauit ſequẽti remedio ℞: Vnguent: Egyptiaci vnc: *ſs*: ſublimati drac: *ſs*: lixiuij vnc: i: *Aqu: flor: Citri*, Plantagin: ana: vnc: iii: m: & bulliant nonnihil.

In

In doloribus dentium debelandis fæliciter ſæpè in Praxi facienda ſequens exhibui remedium, quod eſt ♃. Canforæ modicum in Aceto bulliat parùm, & in ebulitione adde *Aquæ florum Citri* parũ; deinde teneat Eger in os; cui ſimile remedium præſcribit *Bartholom. Montagnana conſil.* 87. *& Thomas Burnet. theſaur. Med. practicæ tom.* 1. *lib.* 4.

In vulneribus, à Viperis illatis prodeſſe citrum volunt multi, & oſtendi ego in Parte prima huius opuſculi, hiſtoria, *Hoffmani, & Athen*; verũ *Illuſtriſs: Franc. Redius Italicæ Medicinæ ſplendor, ac Dominus meus ſemper colendus*, fabuloſas has putat hiſtorias, dum ipſe *in obſeruat. de Viperis* ait; Duos Galinaceos Pullos à ſe quatuor diebus continuè nutritos hordeo infuſo in Decocto Citri, vltimo eorum guture impleto fruſtulis Citriorum, elapis duabus horis curaſſe ipſos à duabus Viperis morderi, indè vnxiſſe inſupèr Vulnus cum quinta eſſentia Corticum

ticum

ticum Citri, aſt intrà tres horas morientes ambos vidiſſe.

Ad Varos, ſeu Iontos fugandos ſequens remedium præſcribit *Io: Stephanus in ſua Coſmetic.* ℞. Amigdal. amar. ſem. Melon. ana. ℥. vi. contundantur in mortario dein affundatur *Succus Citri*, & addito combuſto allumine fiat linimentũ, quò vtatur æger.

In fiſtulæ lacrimalis curatione comendat Citrum *Guil. Fabr. Hildanus*, cum *Thom. Burneto* dum ait. Conuenire Conſeru. betonic. roriſmar. Sal. Maioran. Primulæ Veris, Peoniæ, Confect. Alcherm. *Cortices Citri* &c.

A Phlyctęnis infantem liberaui Anno elapſo hoc modo; Phlyctęnas in facie ſucco plantaginis, & Solani oblinire iuſſi Nutricem; poſteà adhibita etiam creta, & aceto linimenti inſtar, & decocto roſarum ablui iuſſi; interim, vt Nutrix ipſa cibis frigidis alteratis cum *Succo citri*, vel Agreſtę vteretur mãdaui, atque vt lactis ſerum biberet,

quò

quò, & puer poſteà aluum exonerauit, atque his remedijs infans breui conualuit; hanc autem curationem inſtitui ad immitationem obſeruat. 8. Chirurg. lib. 2. *D. Petri Foreſti*.

Ad cadauera condieda, & incorupta ſeruanda Cedrum facere legitur apud *Plinium lib.* 24. *cap.* 5. nam cedrus magna, ipſe ait, quam Cedrelatem vocant dat picem, quę cedria vocatur; & hæc defuncta corpora æius ſeruat, viuentia corrumpit; mira differentia, cum vitam auferat ſpirantibus; defunctis prò vita ſit. Hinc huic cedriæ ineſſe talem vim preſſeruandi cadauera à putredine aſſerit *Galenus lib.* 7. *de ſimpl. med. facult.* cum *Dioſcoride de Cedro lib.* 1. Cæterùm *Ioan. Kirchman. de funerib. Roman. lib.* 1. *cap.* 8. vſos reperit veteres in condiendis mortuis, & putredine abigenda, potiſſimum ſale, Nitro, *cedro*, aſphalto &c.

Cedriam viſum acuere, & albugines ab oculis fugare docet *Mathiol.*

thiol. in lib. 1. & vermes Aurium necare impoſitam; cum aceto mixtam tradit *Dioſcorides*; hanc lẽdines, pediculos, ac vermes occidere aſſerit *Mathiolus* ipſe; immò aliqui, eam inunctam mentulæ conceptionem impedire, ac conceptum in Ventre matris extinguere volunt.

Semen Citri cum vino bibitum hemoroidibus opitulatur monente *B. Piſanello*; Atque ad fætorem oris conducere decoctionem cedri ore detentam ait ipſe *Piſanellus*.

Optimum eſſe Citrum ad leprã fugandam docet *Leonard. Marius com. in Leuitic. cap.* 14.

Cedriam odontalgiam tollere ſcribit *Cornel. à Lapide*.

Liquore cedrio igni admoto Auium vulnera linunt Ruſtici; & ſic parti læſæ medentur; ità monente *Columella*.

Cedrio tandem liquore oculis perunctis claritas conciliatur, quã eruditionem mihi nuper communicauit *Eruditiſſimus Ioſeph Malate-*

ſta,

ſta, Garuſſius Ariminenſis Doctor, ac Amicus meus amatiſſimus.

De Vsu Citri œconomica.

CAPVT VIII.

VSum Citri culinarem omnes non neſciunt Mulierculæ, nullum enim fere ferculũ eſt, nullæ cupediæ ſunt, ad quas exornandas, atque condiendas Fructus hic non interueniat; Acido enim eius ſucco Dapes iucundiores euadunt, nullamque, vt verum fatear mensã obſeruaui, quòd vbique non viderim Pomum Citrium triumphare, & ſuper aſſam, elixamque carnem pari greſsù progredi, atque in Epularum fine, principioue pari debachari triumpho; nulluſque tam inſcius Cupedinarius eſt, qui neſciat Conuiuia, à Citro condecorari, malumque medicum eſſe Dapum condimentum, ac ornamentum.

Citrium autem pomum Scrinijs impoſitum veſtiariam ſupellectilem à tineis inoffenſam cuſtodit, ita ſcribente *Anton. Mizaldo Arcan. centur.* 1. *&* *Cardoſio Philoſ. lib.* Quin illius ſuccum contra deleteria pharmaca iuuare docent omnes, quos legi Auctores, vt ſuprà demonſtraui in Parte prima huius opuſculi; immò addo contrà aquã illam venenatam primò in Mantuana reggione diſſeminatam vulgo *Aqueta* dictam, quà ſcilicet exhibita ad tale, & determinatum tempus homo necatur, contrà inquam iſtam plurimùm valere liquorem Citri; itàut, docente Experientia, huius Aquæ venenatæ anthidotum, ſit fatendum, eſſe Citri noſtri ſuccum.

Citrij verò Arboris ligna materiam præſtant æternam, monente *Teodoreto* vndè ex hac fuiſſe *Salomonis* Templum conſtructum volunt multi; hincque deriuaſſe dictum illud. *Dignum eſt cedro*, dicunt aliqui; hinc Numæ libri ce-

drati

drati ſub terra deffoſſi durarunt annis 535. monente *Plin: lib.* 13: *cap.* 13.
Vnde *Oratius* Cecinit

Speramus carmina fingi poſſe linenda cedro.

Et *Ouidius lib.* 1. *de triſtib.*

.... *nec Cedro carta notetur.*

Mala citria flaceſcere inſperſo pane in eorùm cumulum ſcribit *Fracaſtorius*, aducitque cauſam cur flaceſcant in ſuo libro de *Sympat., & antipat. cap.* 11. *idem*, inquit, & *citrijs accidere inſperſo in eorum cumulum pane putandum eſt, atracta enim in panem humiditate eorum, atque illic ceù alieno in loco putreſcente, principium reliquo datur, vt computreſcat, quà de cauſa flaceſcunt ea mala.*

Aduerſus faciei rubedinem nimiam, aquam ſequentem multi laudant, in quà fructus noſter eminet. ℞. Aceti alb; aqu. roſar. *Succi citri* ana. ℔. i. Sulfuris Viui pulueriſati ℥. iv. m. & omnia deſtillentur per retortam, & hæc aqua ſæpè ad faciem lauandam vtatur.

Aquam pariter ſequentem lau-

dat

dat *Roſcellus*, quà Adoleſcentulæ poſſint viſum abluere, & ſic formoſiorem reddere; ℞. *Aqua citri* ℔. i. flor. ſabar. ℥. iv. aluminis zucherin. ℥. ii. Salis Gemmę ℥. i: Canforæ ʒ. ſs. moſchi gr: ii. m: & omnia puluerizata ponantur in aqua ſupradicta, & ſtent in infuſione per quatuor dies, inde addantur Aqu: Viol: alb: ℥. viii. & poſtea deſtillentur per alembicum & exibit aqua optima, ad vſum ſeruanda.

Oleum ſordidum emundare Citri radicem in ipſum demerſam ait *Ruelius*.

Oleo florum citri vtuntur ſæpe nobiles Fœminæ ad partes corporis odore grato accomodandas; cuius olei conficiendi modum rectè deſcribit *Laz. Grandius* in ſuis Arcanis. Succo Citri vti quoque Tinctores omnibus notum eſt.

Chimici multi, Citri ſuccum ſoluendis margaritis affundũt aceti loco, vt monet *Sim. Paul, Quadrip: botanic: claſſ.* 3. Hinc quibuſdam

dam in reggionibus, & ipſa folia Citri matribus familias grata ſunt, vt ijs, æquè, ac lauri folijs, & Iuniperi baccis cibos condiãt; Ad manus faciemque, à rugis, & maculis ſeruandas, ideòque decoras, atque formoſas faciẽdas ſequens remediũ præſcribit *Roſcellus* ℞.*Citrum* nu.1. & in eo perforato impon: boragin: mineral: ℥ i. poſtea inuoluatur linteo lineo, & ponatur ſub cineribus caldis; indè exprime, & illius ſucco Manus, ac Faciem laua.

Aquã pariter ſingulariſſimi odoris, atque Imperialem dictam deſcribit *Citat:Roſcellus*, quam fructus noſter ingreditur ℞. Aqu: roſar: Flor: mortelli flor: Citri ana: p: eq: quæ aquę ſimul deſtilentur iterum, cum bona quantitate Roſar: damaſcenar: & Cariofilor: inciſor: & ità habetur Aqua Imperialis.

Multi ſunt qui Tabaci puluerem accomodant odore florum Citri; aſt hic puluis nimium caput calefaciendo plus nocet, quam proſit.

Man-

Manthecam nonnulli accommodant odore florum Citri, quę apud noſtras Adoleſcentulas magni eſt vſus.

Citri odorem necare Serpentes ait *D: Hieronymus Fabianus Fori Saraceni Medicus Experientiſſimus, & Amicus meus ſemper colendus* in ſuo libro cui titulus *Angelica Panacea &c.* pag: 184.

Ex ligno Cedrino quandoque rogus, & pyra parabatur maximè apud Indos, ſic *Calanus* indus ex lignis odoriferis Cedro, Tyo, Cupreſſu &c. pyram parauit, in eaque vltrò ſe combuſſit, vt tradit *Elianus lib: 5. Var: hiſtor: cap: 6.* de hoc etiã vid. *Kirhman: de Funer: Romanor.*

Citri Acidum ſuccum; facere acetum acrius docet *Galenus de Aliment: Facult: 2.*

Feruntur Citri acres medullas mutare dulcibus, ſi per triduum aqua mulſa ſemina ponenda macerentur, vel ouillo lacte, quod pręſtat; monente *Palladio de Re Ruſtica lib: 4.*

In

In Ægypto,ac Syria Reges inopia abietis Cedro ad Claſſes feruntur vſi, ſcribente *Plinio 2. hiſtor: natur: lib: 16.cap.* 40. quod confirmat *Petrus Bellonus Medicus Gallus lib: de Agricultura pag: mihi* 59. dum
„ hæc ſcribit. Theofraſte meſme
„ eſt teſmoin que le grand Cedre
„ vient auſſi bien en Cilicie com-
„ me en Syrie car ainſi dit ſon in-
„ terprete (& in Sicilia, Syriaq;
„ Cedrus) & au ſixieſme cha: du
„ quatrieſme liure dit (quin ad na-
„ ualem materiam Cedrum Syriæ
„ gignit eàq; ad triremes vtuntur)
„ entendant par cela que puis,que
„ les foreſts en ſont verdoyantes,
„ que les habitans en ſont galeres,
„ & nauires. Hinc *Suetonius* de Caij Caligulæ liburnicis ità fermè ſcribit, adeò vt videatur imitatus eſſe Ieronis nauem; fabricauit, inquit, & de Cedris liburnicas gemmatis pupibus verſicoloribus vellis, magna thermarum, & porticuum, & tricliniorum laxitate, magnaque etiam vitium, & pomifera-

ſerarum Arborum varietate, quibus diſcumbens de die, inter Choros, & ſynfonias littora Campaniæ peragraret; vt ſcribit *Lilius Gregor. Giraldus de re nautica lib.* 1. *cap:* 7.

Cedrum autem Clauum non tenere monet *Plinius ſecund: hiſtor: nat: lib:* 16. *cap.* 40.

Cedria licet à multis Deffunctorum Vita dicatur, nullatenùs tamen veſtes, pellesque tinea velùt erodit; Cedrus verò præſeruat, vt docet *Dioſcorides cap: de Cedro &c.*

In sacrificijs Eumenidibus faciendis Antiqui admittebant lignum Cedri; hocque lignò vſos eſſe docet *Natal: Comit. in mithologia lib:* 3. *cap.* 10. dum hæc habet. Non
„ enim illa ſacrifitia, quæuis ligna
„ admittebant, ex quibus ignis fie-
„ ret, ſed tantum cedrum, & al-
„ nũ, & iuniperum, & Blamnum, è
„ quibus Pyrra fiebat, ante foueã
„ quandam triplici ordine excaua-
„ tam, tum victimarum illis Sacri-
„ fitijs conuenientium ſanguis in
„ foueam effundebatur, at corporũ

mem-

„ membra ſuper pyrra vrebantur
„ cum quibus multæ res, multaque
„ herbarum genera miſcebantur
„ cum præcibus &c.

Me legiſſe reccordor apud *Gi-rald: de Re nautic: lib:* 1. *cap:* 4. illos, qui Phænitiam, ſyriamque colunt cædro magis vti, ac alijs lignis, & hoc quia Pino egent. Vſos etiam fuiſſe veteres in ſacrifitijs Citro colligitur ex *Plinio Secund: hiſtor: natur: lib:* 13. *cap:* 1. dum hæc ait.
„ Illiacis temporibus non erãt, nec
„ thure ſupplicabatur, Cedri tan-
„ tum, & Citri ſuorum fructuum
„ in sacris fummo conuolutum ni-
„ dorem verius, quam odorem no-
uerant &c. Hinc credidit *Perotus* veteres olim varijs odoribus vſos comendandi alitus gratia, & à Parthis hoc primò inuentum eſſe, vt ſic ingluuie, ac nimio potù conceptum virus extinguerent; at fallitur, inquit *Cæſar Zarotus in Med: Martial: tractat. lib:* 1. Sipontinus hic Præſul, dum putat odoramentis Parthos abigere tentaſſe fætorem

Vini

Vini, licèt enim Citrij, vel granũ, vel florem, vel totum pomum aſſumpſerint; non tamen quà ſuauis eſt, aut odoratus Citrus noſter Parthorum crapulas medebatur ſed quatenùs eſculentis additus, digerebant, vt docent *Theophraſt; ac Plinius*, cum *Virgilio* canente
..... animas, & olentia Medi
Ora fouēt illo, & ſenibus medicantur
anhellis;
Theophraſti temporibus citro nõ vtebantur in cibis ſed tantum ob odoris delitiam ſeruabantur Poma citria; quæ a putredine tuta longo tempore conſeruantur ſæpulta in milio, aut hordeo, hoc docente *Mathiolo in dioſcorid. lib: 1. cap.* 132.
Ex citri ligno menſę fiebant magnoperè à Romanis expetitæ, vt monet *Hoffman: in Lexic: Vniuerſal:* vnde *Ciceronis* mẽſa famoſa eſt.
Volunt multi in Cipro Cedrum maximam fuiſſe antiquitùs ad longitudinem pedum 130. ex quà ſecta planta concinnatam fuiſſe De-
me-

metrij Triremem dicunt ; de quò vid. *Mathiol: loc: ſup: citato* .

De citroſa Veſte mentio fit apud *Neuium* dum inquit

. . . pulchrā ex auro, veſtemq; citroſā.

De Triumpho Cæſaris ex Citro ſcribit *Veleius Patercul: lib: 2. cap. 56.* & licèt *Terentius* aſſerere videatur Citri vſum apud Romanos nondùm fuiſſe, refellitur tamen illo *Catonis* apud Feſtum ex oratione : Ne quis iterum Conſul fiat: *Dicere poſſum, quibus illa, atque ædes ædificatæ, atque expolitæ, maximopere Citro, atque ebore, atque Pauimenta Phænicis ſtent*; Plura de hac re Vid. *Lexicon Vniuerſal. Ioh. Iacobi Hoffman. ad litteram C*.

Antiqui cedro vtebantur ad Auorum imagines conſtruendas, vt colligitur ex *Virgilio in Eneid. lib. 7.* dum ſcribit

Quin etiam veterum effigies ex ordine
Auorum
Antiqua ex Cedro . . . . . .

Iactabat Pharao, monente *Cornel. a lapide comm: in Ezechiel*, ſe

vsù Citri iudeōrum infirmitates, & Clades ſanaſſe.

Lacedemones (Ariſtofane Grãmatico Auctore) Deos ſuos mali Citrij ramis coronare ſolebant.

Tabernacula Dei ex cedro iam conſtruxiſſe Hebreos, legitur apud *Io: Euſeb. Nierembergium, in leg. Grat. & Hector. Pintum Com. in Eſaiam cap.* 41. Cedri Oleum multum Celebratur ab Autoribus in Vſu ęconomicō, indicans forſitàn Veri olei fontem (vt loquar verbis *Hieronymi Laureti in Silu. Alegoriar.*) Miſericordiæ videlicet, & Pietatis diuinæ locum, cui Cedria arbor reſpondet; quam plantam enixè comendat *Iſidorus*. Cedrus autem ſuſpendendis tectorum apta culminibus eſt, eò quòd hiuſmodi Materies, & procera ſit ſpacijs, nec oneroſa parietibus, quemadmodùm docet *D. Ambroſ.* 3. *Hexameron. cap.* 13.

Sufficiat deniquè ad maiorem Cedri commendationem aſſerere, Dominum Deum habitaſſe in do-

mo

mo cedrina; legitur enim in 2. *Regum cap.* 7. Vides nè quòd ego habitem in Domo cedrina &c.

Et hæc ſunt, quæ de Citro ac Cedro adducere breuiter, vt promiſi, Tempus permiſit; adeòque Citrologiam noſtram curioſam Diuino Auxilio ad finem perduximus; Huic ergò ſit Laus, honor, & Gloria in ſempiterna Sæculorum Sæcula.

FINIS.

Hanc Citrologiam Excellentiſsimi D. Ioſephi Lanzoni Doctoris Medici dignã æternitati viuere, imprimi poſſe, ac debere affirmo ego D. Petrus Paulus Blondinus Rector C. R. S. in Domo Sanctæ Mariæ Blanchæ Reuiſor Librorum prò Reuerendiſs. P. Inquiſitore.

Imprimatur

F. Antonius Leonius Inquiſit. Generalis Ferrariæ &c,

Imprimatur

Iulius Rouerella Archip.

CLARISSIMO
IOSEPHO LANZONIO
MEDICO FERRARIENSI
Præſtantiſſimo, Illuſtriſſimæ
ACADEMIÆ NATVRÆ
Curioſorũ Germaniç Collegę Ornatiſs.
Epicharmo dicto Animaduerſionibus,
Zoologia, Obſeruationibus, nec non
alijs Monumentis editis notiſſimo
Quòd nunc de Cedro abſolutũ opus exponat.

CARMEN GRATVLATORIVM

Omnia, quæ ſcribis sũt Cedro digniſſima, Amice,
Sed quę de Cedro vix Cedrus ipſa capit:
Stẽt alijs Pario mõumẽta ex Marmore fuſa
Viuificent alios Æra ſignata diù. (tuſtas
Temporis iniurias nõ ferrent Lanzone, ve-
Vix vultus noſces, vix legis atquè notas!
Aſtq; pro Cedro ſcripſiſti, æternà manebunt
Donec odoratus floreat Orbe Citrus. (hoc
Non cariem ſentit, tineaſq; coercet! è libro
Cedrus at æternum diſcit habere iubar.
Ipſe, Macaonio turgeſcens Nectare, Morbis
Te Auctore, ac morti Bella iucũda mouet?
Hinc procùl Inuidiæ gliſcenti ſmegmate car
Tangere nõ auſit fœda litura tuas. (thas
Perpetuò vt viridi ſplendeſcit Cedrus ami-
Sic vireat ſemper Gloria certa tibi, (& tu,
Illa tuũ nomen ſeruat, Gratiſſima Malus
Dedecet ingrati ſtigmata cruda mali.

Turbatiſs. ſibi tempore Amico meritiſs.
Veritate Musã manuducẽte Occinebat.
Dionyſ. And. Sãcaſſanus Med. Gaz. ad Olliũ.

Mc